CATALOGUS

CODICUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECÆ ACADEMICÆ GISSENSIS.

AUCTORE

J. VALENTINO ADRIAN,

PROF. PUBL. ORD. ET BIBLIOTHECÆ ACAD. PRIMO PRÆFECTO.

ACCEDUNT TABULÆ LITHOGRAPHICÆ VIII.

FRANCOFURTI AD MŒNUM.

APUD JOANN. DAV. SAUERLAENDER.

1840.

LUDOVICO II

MAGNO DUCI HASSIÆ ET AD RHENUM

PRINCIPI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

LITTERARUM ARTIUMQUE PATRONO

MUNIFICO SAPIENTI

HOC OPUS

P I O D E V O T O Q U E A N I M O

CONSECRAVIT

A U C T O R.

Codices manuscripti bibliothecae universitatis Gissensis, quos in hoc indice diligenter accurateque describendos suscepimus, cum omnes fere litterarum disciplinas complectantur, tum duo inprimis genera eorum constituenda esse videntur, quorum alterum ad studia humanitatis et res divinas pertinet, alterum ad historiam jurisque prudentiam. Quam dividendi rationem non tam ab re ipsa, quam ab duplici bibliothecae ejus condendae origine petendam esse duximus. Nam prius quidem codicum genus partim a praefectis bibliothecae universitatis Gissensis comparatum est, partim inde ducit originem, quod post universitatis Hassiacae divisionem an. 1650, aliquot libri Marburgo Gissam translati sunt. Partim etiam multorum liberalitate effectum est, ut codicum numerus augeretur. Alterum autem codicum genus donatum est a Renato Carolo de Senkenberg, a consiliis rei publicae Hassorum.

Comprehenduntur autem nomine codicum bibliothecae Gissensis omnes codices, quorum nota est B. G. (3), exceptis codicibus iis, quos e bibliotheca S. Marci Butzbacensi a. 1771 Princeps Serenissimus Ludovicus IX summa liberalitate Gissam transferendos curavit, quos litteris B. G. XV et XVI notavimus. Quum autem difficillimum esset ad investigandum, qui libri ex bibliotheca Marburgensi translati essent, non ubique id significare potui.

In eorum autem numero, qui bibliothecae nostrae opes codicibus locupletarunt, princeps est referendus clariss. Jo. Henr. Mai jun., antiquitatum et litteraturae graecae et orientalis in Academia Gissensi Professor, qui mortuus est anno 1732, qui quum plus septem millia librorum maximam partem philologicorum animadversionibus saepe egregiis ad marginem adscriptis, bibliothecae nostrae legasset, inventi sunt codices 81 et Graeci et Latini, et

Hebraici, et Arabici, et Germanici. Horum indicem non satis perfectum cum confecisset anno 1733—1736 Chr. Fr. Ayrmann, qui olim summa cum religione bibliothecae nostrae praefuit, ego, si non omnes, at plurimos codices Maii nomine notare potui.

Magnum etiam codicum numerum, quibus vel historia, vel juris scientia illustratur, legavit bibliothecae nostrae clariss. Christ. Ludov. Koch († an. 1756. v. Strieder, Grundl. e. Hess. Gel. u. Schriftst. Gesch. VII, 202), quorum cum indicem reperire non potuerim, tamen felicitate quadam mihi contigit, ut omnes fere ad auctorem suum possem referre. Minus tamen feliciter versatus sum in investigandis codicibus iis, qui, maximam partem historici, a cl. Conr. Bachmanno († 1646) donati esse videntur.

Alia codicum accessio facta est per Georg. Ludov. Noellnerum (natum Buchsweiler, mortuum Petropoli anno 1807), e cujus thesauris nonnulli codices orientales, qui dicuntur, id quod e gratiarum actione apparet, quam scripsit Vir Cl. Kuinoel, qui tum fuit Rector Academiae, datam Gissa IX Apr. 1805, an. 1805 Gissam transmissi sunt.

Qui emptionibus denique sunt comparati codices, sunt e bibliothecis quum aliorum, tum collegarum amicissimorum meorum, J. E. Chr. Schmidt et W. F. de Clossii et J. N. Locherer.

Nonnihil lucelli factum est etiam eo, quod, cum fatali quodam casu interdum acciderit, ut integri codices a bibliopegis ad tegendos libros impressos dissecarentur, solutis his involucris, quum tale quid factum esse deprehenderemus, integras chartas inveniremus, litteris inscriptas, unde v. c. Ovidii quidam loci Metamorphoseon detecti sunt. Quae ipsa quoque litteris B. G. (3) notavimus.

Codicibus litteris B. G. XV et XVI notatis, e bibliotheca S. Marci Butzbacensi Gissam translatis, maximam partem patres ecclesiastici latini atque scholastici continentur, quos inprimis Gabrieli Biel, Viro Cl. atque doctissimo, debere nobis videmus, a quo ipso multi eorum codicum, id quod e subscripto auctoris nomine patet, nitidissimis atque clarissimis litteris scripti sunt, quae opes maxime optandum est, ut ab aliquo philosopho in gratiam eorum, quorum accuratius vitam Viri Cl. Biel cognoscere interest, diligentissime edantur, cum Tennemannus, Vir Cl., in scriptis suis neque omnia, neque ea, qua par est diligentia, examinasse atque in usus suos convertisse videatur. In omnibus autem codicibus Butzbacensibus, vel a fronte primi folii, vel a tergo, vel denique ab exteriore parte libri adscripta sunt verba „Liber Capituli Ecclesiae S. Marci a Butzbach.“

Hujus autem codicum collectionis index quamquam confectus est ab Andrea Boehm, qui olim fuit bibliothecarius, non tamen ea, qua par est diligentia atque religione factus est, quum non solum multi libri in eo non notati reperiantur, sed multa etiam perperam tradita, ut liber de sectatoribus ducis Amadei II inscribitur „Dialogus de Amethystarum erroribus.“

Interciderunt etiam negligentia atque socordia multorum, qui olim bibliothecae Gissensi praeerant, egregii quidam libri Mss. quos olim exstitisse constat, ut fragmenta hebraica V. T. (v. J. Ch. F. Schulz, Rec. fr. hebr. V. T. Mss. Gissae. 1775. 4. Part.

1 et 2. — J. D. Michaelis, Orient. u. exeget. Bibl. IX. 24 sqq. — Evangelium S. Joannis graecum (v. J. D. Michaelis Or. u. exeg. Bibl. II., 243 sqq.) etc.

Multo autem maxima incrementa bibliotheca nostra cepit ab Renato Carolo de Senkenberg, de quo supra memoravimus, qui extremo vitae tempore (a. 1802) non bibliothecam solum totam universitati Gissensi summa liberalitate atque munificentia legavit, sed magnas quoque pecuniae fecit largitiones, quo thesauri bibliothecae etiam post mortem suam augerentur, locumque eis concessit, domo etiam legata, quo collocarentur, a bibliotheca universitatis sejuncti. Cf. C. T. Kuinoel Memoria C. R. de Senkenberg etc. Gissae 1802. 4. — Hess. Denkwürd. III. 418. sqq.

Erat autem pater ejus Vir Cl. Henr. Chr. de Senkenberg, qui a consiliis aulae imperii Germanici, Vindobonae an. 1768 mortuus est.

Is quum admodum adolescens raros libros impressos atque manu exaratos coëmere coepisset, magnis facultatibus praeditus magnisque clarissimorum hominum notitiis instructus per totam vitam assiduo atque indefesso studio tantam sibi librorum praestantissimorum copiam comparaverat, quantam vix quisquam privatus umquam collegerit, in quo illud maxime dolendum est, quod magnifici illi atque opulentissimi thesauri non integri ad nos pervenerunt, quum magna pars eorum et Viennae dissiparetur et magnis difficultatibus a Vindobona translatio eorum Gissam esset obnoxia; partim etiam filii negligentia vel oblivione, qui Gissae essent thesauri, perderentur, ut in publica quadam auctione collega meus Fr. Osannus, Vir Cl., eum librum, qui nota LXXXV est insignitus, sibi comparavit, quem magnifice bibliothecae gratis reddidit. Huc accedit etiam illud incommodum, quod bibliothecae Senkenbergianae non ea cura habita est ab iis, qui praeerant, ut ab variis injuriis vel temporum, vel hominum tuta esset. — — Miserrima sane erat hujus bibliothecae conditio, cum, id quod ante biennium fere factum est, bibliotheca Senkenbergiana cum publica universitatis bibliotheca conjungeretur.

Jam cum nullus index librorum ita esset confectus, ut minimum utilitatis afferret, per mihi gratum accidit, quod ab summo nostro magistrato Darmstadino mandatum mihi datum est novi indicis omnium librorum Mss. bibliothecae universitatis Gissensis conficiendi, in quo negotio administrando cum difficile sit, in maxima rerum diligentia recte versari, tum quantum mihi impositum esset oneris satis intellexi, praesertim cum, ut fit, multi saepe libri in unum essent a bibliopega conglutinati; neque tamen ab eo, quod semel susceperam, munere destiti; et magno ejus rei studio ductus et, ut quantum possem, mandato meo satisfacerem, doctique atque eruditi homines haberent, unde, si vellent, doctrinae copiam haurirent.

Totius autem operis rationem ita describendam mihi putavi, primum ut singulis disciplinarum generibus discretis, ut in bibliotheca nostra sunt reposita, materiem, in qua perscripti essent libri, indicarem, quod ipsum tamen discrimen cum non semper accurate constitui possit, usus sum aliquoties nomine chartae, etiamsi codex bombycinus esse videretur, ut No. CVIII, CIX, etc. Formam etiam codicum membranaceorum, qualis esset significavi mensura usus cubitorum parisinorum. Non minus autem difficile erat

aetatem codicum ubique recte definire. Saepe enim factum est, ut H. C. de Senkenberg vel alii viri docti codicem aliquem seculo vel antiquiorem tradiderint vel saeculo recentiorem, ut cum librum, qui inscribitur „Filia Sionis", saeculo XIII scriptum prodiderint, cujus scriptor ipse vixit saeculo XIV. Sic saepe mihi ab doctissimorum illorum virorum auctoritate ea in re discedendum putavi. In describendis iis voluminibus, quibus plures libri continentur, folia vel paginas indicavi, quibus vel initium caperet alius liber, vel terminaretur.

In interna autem conditione codicum describenda primum vel vulgatum nomen indicavi, vel id, quod in codicibus exstat, tum et initium et finem libri et subscriptiones, si quae reperirentur, et specimina, si vel nondum editi libri esse viderentur, vel multum a vulgatis exemplis recederent, quorum partem lapidibus incidendam curavi. Praeterea, si quae accuratiores talium rerum notae in ipsis codicibus reperirentur, eas ipsas, nisi ubi longum erat, excerpsi, et si quae vestigia exstarent, quibus appareret, utrum codex vel jam ab aliquo in usum esset vocatus, vel jam liber sive integer, sive per partes in aere esset expressus, quidque ab illo differret, et alia id genus, quae aliquid ad ejusmodi res illustrandas conferre viderentur, cum doctis hominibus communicanda censui. Ne priores quidem librorum possessores nominare neglexi, vel pretia indicare, quibus olim, cum emerentur, vel aestimarentur, stetissent, qua tamen in re propter multas difficultates non multum profeci.

Haec habui, quae de ipsa operis ratione dicerem, quam si non prorsus displicuisse viris harum rerum peritissimis intellexero, magnum me magni laboris praemium adeptum esse existimabo.

Restat, ut iis, qui in tanto negotio rite atque ordine perficiendo et opera et consilio me adjuvarunt quam maximas gratias agam, petamque, ut eandem benevolentiam in posterum quoque in me conferant.

Gissae. Kal. Nov. MDCCCXXXIX.

CONSPECTUS OPERIS.

CODICES MANUSCRIPTI
BIBLIOTHECAE GISSENSIS.

I.

HISTORIA LITTERARIA.

I et II.

B. S. Ms. 224. 223. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII. exaratus, duobus constans voluminibus, scriptura in duas columnas divisa. Est volumen prius folior. 130., posterius 248.; in utroque modo paginae, modo columnae numeris designatae sunt. In illo vacua sunt fol. 1b. 2a. 127. 128b. 129 et 130.; in hoc 1b. 2. 3. et 243—248. Continentur:

Excerpta literaria.

Incip. fol. 2a. *Julius Caesar Vaninus. Vide van Ossen* etc. Explic: (*Wilh. Scherlock*) *Frankfurter gelehrte Zeitung de a. 1764.*

Fuit hic liber olim in bibliotheca *Geo. Clem. Drautii*, cujus nomen in priori libri operculo legitur. *Ren. Car. de Senkenberg* fol. 1a. haec adnotavit: *Hunc librum mihi donum dedit Jo. Adamus Bernhardi; postmodum meis subinde observationibus continuavi hunc libellum auctioremque reddidi.*

III et IV.

B. S. Ms. 220. 221. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., in duas columnas scissus, duorum voluminum, quorum prius paginas numeratas habet 496., praeter undecim indicis, posterius autem 1077. Continentur:

Henrici Christiani Senkenbergii Annotata literaria. Vol. I et II.

Incip. *Leo Magnus, Opera ejus omnia* etc. Explic. *Valentin Vossius, Frankfurti 1610. 19. Aug. obiit.* — Additamenta passim a manu *R. C. de Senkenberg* adscripta sunt.

V.

B. S. Ms. 222. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., in duas columnas divisus, paginar. numerat. 631., praeter multas vacuas in fine. Titulus

Annotata literaria.

H. Ch. Senkenberg fol. 1. haec adscripsit: *Literariorum Tomus IX., quae ex C. S. Schurzfleischii Manuscriptis passim huic et aliis meis excerptorum libris inserta sunt, a Do. Hagenbuschio inquilino quondam aedium Schurzfleischianarum mecum communicata.* Incip. *Gilbertus Cognatus, Erasmi famulus per triennium* etc. Expl. (*Edmund Burke*), *With the regicide Directory of France. 1796.* — Sunt haec literaria a *Ren. Car de Senkenberg* continuata.

VI—IX.

B. S. Ms. 13—16. 8.

Codex chartaceus saec. XVII., quatuor voluminibus absolutus, quorum primum continet foll. 224, alterum 302, tertium 236, et quartum 230, aversis paginis fere omnibus scriptura vacuis. Continentur:

Literati cujusdam Excerpta literaria.

Ita inscriptio. Incip. *Adair, Johannis, Hydrographi etc.* Explic. (*Zuchatus, B.*) *Voss. de Hist. lat. Lib. III. in fine.*

X.

B. S. Ms. 486. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII., folior. 320., quorum 2. 12. 22. 28. 32. 34. 35. 38. 40. 41. 45. 48. 52. 54. 56. 58. 60. 63. 70. 74. 75. 78. 80. 82. 84. 86. 93. 103. 107. 109. 112. 115. 119. 121. 125. 127. 131. 133. 135. 137. 139. 141. 143. 145. 153. 159. 161. 163. 169. 171. 173. 175. 183. 185. 187. 189. 191. 193. 197. 199. 203. 206. 208. 210. 212. 214. 216. 218. 222. 224. 230. 232. 234. 236. 238. 240. 242. 244. 246. 248. 250. 252. 254. 256. 258. 262. 265. 267. 269. 271. 273. 275. 277. 281. 286. 288. 292. 294. 296. 298. 300. 302. 304. 306. 308. 310. 312. 314. 316. et 318—320. vacua sunt. Continentur:

Davidis Clementis Collectanea literaria.

Incip. *Petrus Abelardus, s. Abailardus, s. Baillardus. Pasquier fait l'histoire d'Abelard dans ses Recherches de la France* etc. Explic. (v. *H. Zwinglius*), *Regula sa fille, qui épousa le celebre theologien Rodolphe Gualther. Ruchat Tom. I. p. 218.* — Cod. hunc scripsit manu sua auctor operis quondam celebris: *Bibliotheque curieuse* etc. V. Biogr. universelle Tom. IX. v. Clément.

Notat Senkenbergius fol. 1 a.: *Comparata Hanov. 1761. ex auct. Clementis.*

XI.

B. S. Ms. 487. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII. diversis manibus exaratus, paginar. numerat. 395, quarum permultae vacuae sunt. Continentur:

Collectanea varia historica, literaria etc. ordine alphab. disposita.

Incip. *In nomine Altissimi. Anglia. Anglia papam judicem non agnoscit suum. Hinc Rex Edw. III. nobilibus quibusdam etc.* Explic. (*Vulgus inconstans*) *In matulas conversa. Strabo.* — Haec excerpta jussu Davidis Clementis facta esse videntur, qui multa manu propria adscripsit.

XII.

B. G. (3) 43. 4.

Codex chartaceus a. 1704 et 1705. scriptus, pag. numerat. 872. Continentur:

Io. H. Maii jun. Collectanea sive Miscellanea excerpta ad rem lit., philologiam, antiquitates, etc. pertinentia.

Ita titulus. Incip. *Sextus Empiricus contra Mathemat. edit. Genev.* etc. Explic. *Barbara Helena Langin poetrix Germana scriptis clara, de qua Paullini et ex eo Tensel in Bibl. cur.* a. 1705. p. 922.

Pertinuit olim ad Maianam bibliothecam.

XIII.

B. G. (8) 90. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., folior. 317., quorum plura vacua sunt. Continentur:

Io. H. Maii jun. Collectanea philologica.

Incip. *Les vies des plus celebres jurisconsultes* etc. Explic. *Obiit septennis V. id. Jan. 1721.*

E bibliotheca Maiana.

XIV.

B. G. (3) 89. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. num. 852. Titulus:

Io. Henr. Maii jun. Collectanea diversa de auctoribus graecis et latinis eorumque scriptis.

Incip. post indicem: *Solon apud Laertium ait* etc. Explic. *Plurimorum aliorum Ερωτικαι επιστολαι.*

Codex e bibliotheca Maiana nobis accessit.

XV.

B. G. (8) 14a. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. num. 626. Continentur:

Io. Henr. Maii jun. Collectanea s. Excerpta philologica inprimis ad literaturam orientalem et sacra pertinentia.

Incip. *Consilium de nova bibliotheca orientali edenda* etc. Explic. *Indicante Allatio p. 349.*

Pertinuit olim ad J. H. Maium.

XVI.

B. S. Ms. 145. 4.

Tobiae Magiri Prof. Francof. **Eponymologium criticum** ex Principum Sacrorum, secularium, Virorum Togatorum, Sagatorum, Locorum insignium, Patrum, Philologorum — descriptionibus — concinn. Francof. ad Moenum. Sumptib. Jo. Pressii. M. DC. XLIV. 4.

Hic liber multis notatis cl. Bosii ornatus, fuit olim in bibliotheca Zach. Conr. ab Uffenbach, qui in ejus fronte haec adscripsit: *Emi e bibliotheca Lyseriana. Annotationes et Supplementa doctissimi Jo. Andr. Bosii, Prof. Jenens. manu adscript. v. Catal. Lyser. ed. Helmst. 1728. No. 982.*

XVII et XVIII.

B. S. Ms. 17. 18. 8.

Th. J. ab Almeloveen Bibliotheca promissa et latens. Huic subjunguntur G. H. Velschii de Scriptis suis ineditis Epistolae. Gaudae ap. J. ab Hoeve. 1688. 8.

Addita sunt in nov. edit. parata a Laur. Jacobo Arminio.

XIX.

B. S. Ms. 594. fol.

Codex chartaceus saec. XVI—XVIII., folior. 291. Continentur:

CCXCI Autographa Virorum in rebus literariis Illustrium, additis multorum Eruditorum Imaginibus.

Incip. *Apud Herod. in polym — Lips. M. Joh. Alpinus — 1584.* Expl. *Mansuetus homo cordis est — Joh. Zeidler.*

XX.

B. S. Ms. 191. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. num. 142., quarum 135 et 136. scriptura vacant. Titulus:

Historia nonnullorum medicorum. Germanice.

Incip. *Hyppocrates, welchen man den Fürsten der medicorum nennet* etc. Explic. (*Saltzmann*) *Endlich starb er den 4. Febr. 1738.*

XXI.

B. S. Ms. 155. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., folior. num. 77., quorum 75—77. vacua sunt scriptura. Continentur:

Vita Rev. Patris F. Hieronimi Savanarolae, Ord. Praedicator. Congreg. Sti. Marci de Flor. edita ab illustri Joan Franc° Pico Mirandulae Dno. etc.

Ita titulus. Incip. *Hieronimo avus fuit Michael Savanarola, quem sibi Estenses principes ob artis medicinae peritiam* etc. Explic. *Piis nos suffulciat precibus.*

XXII.

B. S. Ms. 235. fol.

Codex chartaceus saec. XVI., fol. 27. Titulus:

Viglii Zuichemi ab Ayta Frisii Praesidis privati Consilii, Praepositi S. Bauonis Gandavi et Ordinis aurei velleris Cancellarii Vita a se ipso conscripta.

Incip. *Viglii Zuichemi pater Foecardus Aytta Ecebrandi Aytta* etc. Explic. *Famam atque gloriam adaequaverit.* Tum sequuntur testimonia aliquot, additamenta etc. ad vitam Viglii spectantia. — Exstat inter Analecta Belgica (ed. C. T. H. van Papendrecht) La Haye, 1743. 4. vol. II. P. II. — Cf. Biogr. univ. v. Viglius et Papendrecht.

XXIII.

B. S. Ms. 592. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII., folior. 3. praeter duo vacua ab initio et in fine. Continetur:

Genealogia Scheidiana.

Incip. *Fritschmann von Scheide* etc. Explic. *Margaretha nat. 1543.* — Praecedit typis expressa „Genealogia Scheidiana." Tav. I—XI. fol. mai. s. l. et a. Singulis foliis adscripta sunt additamenta a manu ipsius Chr. Lud. Scheidtii exarata. — De origine celeberrimi Chr. L. Scheidtii cf. F. K. G. Hirsching Hist. literar. Handb. Vol. X. P. 2. pag. 305.

XXIV.

B. S. Ms. 602. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII., folior. 535., quorum 1. 32. 36. 76. 104. 134. 214. 334. 371. 389. 401. 492 et 535. vacua sunt. Continentur:

Senkenbergiana. Henrici Christiani Lib. Bar. de Senkenberg vitam tam privatam quam publicam concernentia.

Incip. *Lebenslauf Heinr. Christ. Freyh. v. S. K. Mai. wirklichen Reichshofraths. H. C. Senkenberg war geboren zu Frankfurt a. M. im J. 1704. den 19. Oct. Seine Eltern* etc. Explic. *Très-devoué serviteur J. W. Winter.* — Addita sunt carmina typis expressa et in honorem Senkenbergii scripta, testimonia, diplomata, epistolae, itineraria etc. Collectio magni pretii, tam Viri eruditi vitam et multorum praeclarorum coaevorum ejus res, quam modum in colligendis libris tunc temporis usitatum illustrans.

XXV.

B. G. (3) 11a. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII. folior. 176., quorum permulta vacua sunt. Continetur:

Catalogus dissertationum juridicarum.

Incip. *Alteserra, Ant. Dav. De orig. et statu feudorum* etc. Explic. (*Just. Dav. Zufall*) *De different. arbitror. Marb. 1728.*

XXVI.

B. G. (3) 20a. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., literis initialibus rubris, folior. 24., quorum 1b et 17b—24. vacua sunt. Continentur:

Index librorum totius Bibliothecae Conventus Gronenbergensis et situs eorum. (Haec rubro picta sunt.)

Incip. *A. Adagiorum veterum collectanea* etc. Explic. *Liber de morte.* — fol. 2a. haec leguntur: *Hunc indicem in bibl. Marpurg. Acad. reposuit Conr. Bachmann 1638.*

XXVII.

B. S. Ms. 152. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., folior. 56., quorum 1. 2b. et 53—56. vacua sunt scriptura. Titulus:

Nachricht von der Königl. und Churfurstl. Bibliothec zu Hannover durch D. E. Baring, p. t. Secretarium besagter Bibliothec. 1725.

Incip. *Da von der Kön. und Churf. Bibliotheque einige Nachricht zu geben mein Vorhaben ist* etc. Explic. (*Syllabus classium*) *Dissertationes medicae.*

XXVIII.

B. G. (3) 75. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. ineuntis, folior. 90., quorum plura scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 2—34. Catalogus omnium libror. bibliothecae custoditi Comitis a Diez ab Ill. Pr. Dn. Mauritio Hassiae Landgr. Academiae Marpurg. — donatae — factus a D. H. Vultejo vicecancell. et Hartmanno M. D. et prof., bibliothecariis.

Incip. *Libri theolog. in fol. — Conciliorum* etc. Expl. *Joh. Hartmannus.*

b. Catalogus omnium librorum, qui in Bibl. Acad. Marp. anno 1606. noviter inventi et recens. fuerunt ab iisdem.

Incip. *Libri theol. in fol. — Biblia quadrinling.* etc. Explic. *Canones . . . Concilii Trident. a. 77.* — In anteriori libri operculo haec leguntur: *Bibl. Marpurg. 1606.*

XXIX.

B. G. (8) 46. fol.

Codex chartaceus a. 1628. scriptus, folior. 19., quorum 1. 18b. et 19. vacua sunt. Continetur:

Verzeichniss derer Bücher, so nach vorgegangener Theilung bei der Univ. Marpurg verblieben, und so den Herrn Casselischen zugefallen. A. 1628.

Incip. *Libri theol. Opus regium bibliorum* etc. Explic. *Summa confession. fol. alt.*

XXX.

B. G. (3) 12. fol.

Codex chartaceus a. 1631. scriptus, folior. 117., quorum multa scriptura vacant. Continentur:

D. Johannes Steuber ab a. 1625. usque ad annum 1635. („*quo temporis spatio Acad. Marpurgensis ad Darmstatinos pertinuit.*" Haec a Conr. Bachmann adscripta sunt.) Academiae Bibliothecarius Catalogi und Nachrichten von der Marpurgischen u. Giesser Bibliothec.

Ita titulus. Incip. *post ind. fol. 4.: Statuta, Rescripta principalia et decreta consistorialia Bibliothecam contingentia* etc. Explic. *Omnia cum Deo et Die. Joh Steuberus D. Bibl.* Insunt in hoc Codice praeter statuta etc. Catalogi Bibl. Marpurg. antiquae (fol. 23b. sqq.) Bibl. Gissens. (fol. 34b. sq.) Bibl. novae (libr. a. 1630. empt. fol. 89. sqq.) et Collatio Catal. Bibl. Giss. et Marp. antiquae.

XXXI.

B. G. (8) 78. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., fol. 69., quorum multa vacua sunt. Continetur:

Catalogus Mst. et libr. impressorum, qui ad Capitulum eccles. S. Marci Butzbach. pertinebant et in Bibl. acad. Giss. asservantur.

Incip. *Abbreviatura. Libellus dans modum leg. abbrev. in utroq. jure* etc. Explic. *Et indeclinabilibus. 4. B. G. XIV. 96.* — Sunt haec manu eleganti Andr. Boehmii conscripta.

XXXII.

B. S. Ms. 585. fol.

Codex chartaceus a. 1769. Viennae scriptus, fol. 69. cum duobus vacuis ab initio et in fine. Titulus:

Catalogus librorum Viennae prohibitorum, secundum disciplinarum et materiarum seriem ita dispositus, ut iisdem iterum inseri possint. (*1769 confectus.* Haec manu Senkenbergii adscripta sunt.)

Incip. *Libri juris publici. In folio. 1. Sind fünf einzelne Piecen Gravam. Relig.* etc. Explic. *1296. Korthold, Christian. umständliche Relation... Kiel 1677.*

XXXIII.

B. G. (8) 71. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. finientis, foll. 64., quorum 1. 10b.—12. 38b. 39. 45b. 59—64. vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—10a. (Anonymi) De juribus scholarum et academiarum.

Ita inscriptio. Incip. *Cap. 1. Scholae quid et quomodo ab Academiis differant.* etc. Explic. *Et mechanice dijudicat.*

b. fol. 13—58. Collegium exegeticum super Epist. Pauli aliasque publice in Coll. Acad. Fridericianae habitum a. Joach. Just. Breithaupt, ac a me J. G. Bichmanno annotatum a. 1698. Hallae Sax.

Incip. *Epist. ad Rom. circumstantiae historicae. Epistola Pauli ad Rom. scriptionis tempore non est prima* etc. Explic. *De rebus etiam civilibus.*

XXXIV.

B. G. (8) 15. fol.

Codex membranaceus diversis manibus saec. XVII et XVIII. scriptus, foll. 175., quorum 17. 30b. 39. 47. 59b. 60b—67. 74b—174 et 175b. vacua sunt scriptura. Continentur:

Annales Academiae Marpurgensis de a. 1629 et sequent.

Ita titulus. Incip. (post recensum eorum qui ab a. 1605—1649 Marpurgae, ab a. 1650—1707 autem Gissae rectoratum tenuere,) fol. 2: *Deo ter optimo maximo annuente* etc. Explic. *fol. 74: Caspar Ebelius Professor.* Fol. 174 habetur recensus eorum, qui ab a. 1708—1769 Gissae rectoratum tenuerunt.

II.

LINGUISTICA.

XXXV.

B. G. (8) 74. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., inscriptionibus et literis initialibus rubris, pag. numerat. 84. Continetur:

Incerti auctoris grammatica linguae arabicae latine conscripta.

Incip. *De Etymologia* الفصل الأوّل *caput primum. De Linguae Arabicae lectione* etc. Explic. تمّت والحمد لله. In fine adjecti sunt 34. priores versus poematis Tograi, quod vulgo dici solet *Lamicum Persarum.*

XXXVI.

B. G. (8) 57a. 4.

Codex chartaceus duabus manibus saec. XVII et XVIII. scriptus, foll. 277., quorum multa vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—51. *Jo. Henr. Maii jun. Observationes et illustrationes ad Cellarii Grammaticam Arabicam c. analysi Suratae primae et secundae Corani etc.*

Incip. *De pronuntiatione vocalium* etc. Explic. *A Christo promisso.*

b. fol. 56—61. *Ejusd. Fragmentum grammaticae Aethiopicae.*

Incip. *Ante omnia est notandum* etc. Explic. *Ordinis tertii lib. 2. c. 7.*

c. fol. 64—93. *Ejusd. Collectanea de Lingua Graeca.*

Incip. *De lingua Graecorum antiqua* etc. Explic. *Et peregrina est habenda.*

d. fol. 95—130. *Jo. H. Maii sen. Praelectiones Graecae A. 1673. habitae.*

Incip. *Si quis, Auditores nobilissimi, linguam graecam* etc. Explic. *De alia figura.*

e. fol. 131—168. *Jo. H. Maii jun. Collectanea de lingua graeca.*

Incip. *Jo. Palmroot in historiola* etc. Explic. *Reinesius Epist. p. 120. sq.*

f. fol. 169—276. *Ejusd. Excerpta varia philologica ex sparsis schedis collecta.*

Insunt haec: *De Cabbala. De excidio Trojae. De Homero. De Columbis,* exercit. philol. cui finis deest. *Plautus hebraisans. Demophili sententiae Pythagor. ad seriem alphabeti graeci recensitae.*

E bibliotheca Maiana.

XXXVII.

B. G. (3) 124. 12.

Codex chartaceus, absque anni nota, char. nestaalik elegantissime scriptus, sed vocalibus destitutus. Foll. 4b. et 12b. ornamentis aureis, ceterae paginae primae partis libri margine aureo sunt distinctae. Est foll. 91., quorum 1—4a. 11. 12a. 44b—46a. et 79—91. scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 4a—44a. *Syntaxis arabica anonymi bipartita.*

Pars prior exhibet argumentum syntaxeos et rerum, de quibus in syntaxi agitur, indicem accuratum. In parte posteriori syntaxis absolvitur.

b. fol. 46b—78. *Liber El-Kafijah, notissima Syntaxis arabica.*

In posteriori libri operculo possessor nomen suum inscripsit: *Dr. Noellner.*

XXXVIII.

B. G. (3) 83. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII. eleganter scriptus, foll. 88., quorum 1—4. 5b. 6. et 86—88. vacua sunt. Continetur:

Insignis collectio thematum et vocabul. Arabicorum *excerpt. ex lexicographis arab. Zamachsario, maxime Gjeuhario et Phiruzabadio. Opera et studio Alberti Schultens. E cujus apographo descripsi G. Joan. Lette. Lugd. Bat. a. MDCCXLVII.*

Ita inscriptio. Cl. Vullers haec adnotavit: „Liber arabicus char. neschi scriptus. Aliquot loci latine sunt versi et breves notae passim adjectae. Finem faciunt addenda."

Incip. *Praefatio Camusi*: — etc. بسم الله الرحمن الرحيم وبه نستعين
Explic. تسبع للرضف بهما نضايضا

XXXIX.

B. G. (3) 86. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. num. XII et 220., quarum I et II. desunt, X—XII et 220. scriptura vacant. Continentur:

a. pag. III—IX. ***Bibliotheca Syriaca.***

Incip. ***Bibliotheca Syriaca. Historia linguae. Hebraea antiquiorem putant Theodoretus*** etc. Explic. ***Ob sie nie gesprochen worden.***

b. pag. 1—219. ***Lexicon Syriacum.***

Incip. ܐܗܝܪܘܣ *ἱερος **sanctus*** etc. Explic. ܕܡܪܐ — ***Seraphim it. sagittae.***

XL.

B. G. (3) 87. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. num. 302., quarum plures scriptura vacant. Continentur:

Jo. Henr. Maii jun. Collectanea philologica.

Incip. ***De disciplinis. Sunt vel communes, vulgares*** etc. Explic. ***Sponsa. Egregia sponsae descriptio ap. S. Chrysost. de Sacerd. VI. 12.***

Pertinuit olim ad J. H. Maium.

XLI.

B. G. (3) 21. 4.

Dissertatio inauguralis qua pleonasmos linguae graecae in N. T. occurentes — pr. Jo. Henr. Maio publico erud. examini d. XXI. Octobr. 1728 submittet J. R. Junck. Gissae. 4.

In margine et foliis adsutis cl. Maius adjecit multas notas. Cf. Hist. de Gel. d. Hess. Trim. IV. 1728. p. 485. sqq. — F. W. Strieder, Grundl. z. e. Hess. Gel. u. Schriftst. Gesch. VIII. 357.

Liber est ex eorum numero quos J. Henr. Maius bibliothecae universitatis e testamento reliquit.

XLII.

B. G. XVI. 67. 4.

Codex chartaceus a. 1435 negligenter exaratus, in duas columnas scissus, crebris vocum compendiis, foll. 325, quorum 1 et 323 a. vacua sunt. Continetur:

Glossarium latinum.

Inscriptio nulla. Incip. introd.: ***Ah domine nescio loqui quia puer ego sum Jheremie po*** etc. Incip. text. fol. 2b: ***Litera autem a s. ysidoro in omnibus linguis*** etc. Explic. ***Utinam adverbium optandi ut utinam in hac valle miserie — Amen.*** Subscr. ***Finito a. d. MCCCCXXXV domin. jud. post laetare. Explicit hoc totum infunde da mihi potum.*** — In multis cum Guarini Veronensis Vocabula (Bas. 1478, fol.) convenit. Cf. Fabricii Bibl. med. et inf. lat. III. 350.

F. 1b.: *Liber s. marci in butzbach.*

XLIII.

B. G. (3) 36. fol.

Codex chartaceus a. 1460 scriptus, literis initialibus aut vario colore pictis aut plane omissis, ligatura antiqua ornameutis ex aurichalco factis munita, foll. 360, quorum 1. 300b et 358b—360 scriptura vacant. Continetur:

Glossarium latinum.

Titulus non apparet. Incip. introd.: *Ah domine ecce nescio loqui* etc. Incip. textus: *A litera cum ysidor* etc. Explic. *Utinam adv. optandi — Amen. CCCCLX.*

Fol. 2a in margine H. C. de Senkenberg haec adscripsit: *Eductum hoc opus est potissimum e spissis voluminibus Papiae, Britonis, Alani.*

XLIV.

B. G. XV. 14a. fol.

Codex chartaceus saec. XV. finientis, in duas columnas divisus, litteris initialibus miniatis, foll. 330, quorum 1 et 328—330 scriptura vacant. Titulus:

Lexicon latinum.

Incip. p. introd. f. 3: *Aaron est ebraycum indeclinabile* etc. Explic. *Inanthea* (!) *c. adv. vorbass.* — Pertingit nonnisi ad primam partem literae J et a Guarini vocabulario multis in locis discrepat.

Fuit olim Capituli eccl. S. Marci in Butzbach.

XLV.

B. S. Ms. 146a. fol. min.

Codex membranaceus saec. XIV., lineis stilo ductis, cum notis inter lineas et in margine adscriptis, foll. 28., quorum 27 et 28 vacua sunt; praeter haec ab initio libri folia 5., et in fine 35., quae chartacea sunt, scriptura vacant. Continetur:

Glossarium Latino-Germanicum vulgo Essendiense ex Carthusia Erffordiensi.

Ita titulus manu Senkenbergii scriptus. Incip. *Abatia, abtye* etc. Explic. (*fol. 25a.*) *Zucara sucker.* Tum sequuntur additiones. Incip. *v. Arthemesia, bybeth* (*sic!*) etc. Explic. (*fol. 26a.*) *Galla ek appel.* — In fine quaedam explicationes vocum latinarum latine redditae. Incip. *Abactus* etc. Explic. *Agellarius, rusticus.*

Fol. 28. haec adscripta sunt: Carthus Errford. Senkenbergius hunc librum ex bibliotheca Kraftiana Ulmensi a. 1742. 10 florenis comparavit, ut ipse fol. 2a. adnotat. Long. 8″ 11‴ Lat. 6″ 3‴.

XLVI.

B. S. Ms. 33. 12.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 90., quorum 1. 72b—80. 81b—90. vacua sunt. Continentur:

Lettres et Missives à diverses personnes et gens d'Estat pour l'exercise de ceux qui sont amateurs de la langue françoise.

Incip. *Le Roy Louys a Madame Sa Mère. Madame, je suis fasché du dessein* etc. Explic. *Cousin et serviteur.* — Fol. 81a. aliena continet.

XLVII.

B. S. Ms. 400. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. vergentis, foll. 364., quorum multa vacua sunt. Titulus:

Jo. Schilter's Sammlungen zur deutschen Sprache.

Insunt in hoc volumine collectanea varia ad Thesaurum Schilterianum, apographa poematum lingua vetere allemannica scriptorum etc. etc. Addita sunt haec typis ex-

pressa: 1. Psalmi Davidis a Notkero .. paraph. teut. expositi .. ed... Jo. Schilter. Argent. 1698. fol. c. not. Ms. Schilteri. 2. Επινικιον Rhythmo Teuton. Lud. regi acclamatum ... illustr. Jo. Schilter. Arg. 1696. 4. c. additamentis Ms. editoris.

XLVIII.

B. S. Ms. 147. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 210., quorum 1b. 2. 3b. 45b—47. 63b—66. 67b. 141. 145. 208—210. vacua sunt scriptura. Continentur:

Collectanea etymologica pro cultu linguae germanicae.

Ita titulus manu H. C. Senkenbergii scriptus. Singula vero, quae hoc volumine continentur, haec sunt:

a. fol. 3—63a. *Excerpta Anglo-Saxonica ex ipsis Mss. Codd. Bibl. Cottoniane; quos Jo. Seldenus ejusd. Bibliothecarius Christophoro Arnoldo benevole comunicavit Londini. Accedit ipsa Ælfrici Grammatica quam Franciscus Junius eidem postea exhibuit ex alio codice.*

Incip. *Ex cod. Mss. Cotton. Bibl. Jul. A. Ex Ælfrici Grammatica. Syllaba* ıſ ſtæf ʒefeʒ :etc. — Explic. *Ead.* þa ylcan. *Absolvebam Londini 1651. MCA.*

b. fol. 67—105. *Franc. Junii Glossarium Anglosaxonicum manu ipsius exaratum.*

Incip. abæran *tollere ps. 77. 76.* etc. — Explic. ƿẏrttruma *in* ƿẏrt.
In margine tituli Arnoldus haec adnotavit: *Editum postea fuit Dordrechti una cum Evangeliis Gothicis et Anglosaxonicis. A. 1665.* — In hac parte codicis occurrit erudita Fr. Junii manus, ut Senkenbergius in fronte libri adnotavit.

c. fol. 106—125. *Die capitele van̄ der regelen der brudere des spetels sente Marien des dutschen hues van iherusalem.*

Incip. *In dem name der heiligen driveldekeit* etc. Explic. *Sente Laurentisse. Finis.* — Foll. 106 haec adnotata sunt: *Mstum hoc Jac. Golius C. Arnoldo discipulo suo communicavit Leydae.*

d. fol. 126—140. *Deutscher Sprache Anmerkungen* (1—60.).

Incip. *Islandi habent literam* ζ *id est aι sive ae* etc. Explic. *Nostrum ambos. 61....*

e. foll. 142—144. *Glossae Saxonicae.*

Incip. *Abbrennen, afburnen, burnen, rust* etc. Explic. *Allzeit S. W.*

f. fol. 146—207. *Hochdeutsche Anmerkungen* (1—558.).

Incip. *Mönch v. Männisch* etc. Explic. *Lengede, longitudo.*

H. C. de Senkenberg in fronte hujus libri haec adscripsit: *Christoph Arnoldus, quondam Prof. Altorf. celeberrimus, ipse dum in Anglia et Belgio fuit et illic ea quae hic extant, magna ex parte conquisivit, inde vero id quod in calce voluminis sub titulo Hochdeutsche Anmerkungen comparet, composuisse videtur. Emi curavi haec 1760 in sectione Arnoldina.*

III.

CODICES PHILOLOGICI

GRAECI ET LATINI.

XLIX.

B. G. (3) 2. fol.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 472., quorum 1. 3b—4a. 470—472. scriptura vacant. Fol. 6b. habet picturam rudi arte factam, Aristotelem repraesentantem. Continetur:

Georgii Halae Elenchus Homericus.

Incip. [post varia poemata graeca et latina et praef.] fol. 7.: *ἜΛΕΓΧΟΣ ὉΜΗΡΙΚΟΣ. Ἡ ἈΝΤΙΜΕΣΗΜΕΡΤΙΙΝΟΣ. Ἡ Ἀντενδύπνος. A. 3. a. 280 a.* etc. Explic. *ὩC. N. Ͻ ὦ. 192. b.* Subsc. *Finis deo sit gloria Amen.* — De hoc codice et ejus auctore cf. Ayrmann, Spec. libr. rarior. Bibl. Gissens. Giss. 1733. 4. pag. 4. — Frischlin, Mem. theol. Wirtemb. I. p. 22. Supplem. pag. 48. 221 et 243. — Pippingius, Arcana Bibl. Thom. Lips. p. 121. — A. Boehm, Diss. de nonnullis Bibl. Acad. Ms. etc. Giss. 1771. 4. pag. 4.

L.

B. G. (3) 119. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII. a Jo. H. Maio Gissensi eleganter exaratus, notis et emendationibus eadem manu in margine adscriptis, foll. 148., quorum 1. 81b. 86b—89. 91—93. 103—105b. 134b. 135. 147b. et 148. vacua sunt scriptura. Continentur:

Epigrammata graeca vetusta, *ab exemplis binis bibliothecae Uffenbachianae descripta et Jo. H. Maii notis illustrata.*

Ita titulus. Incip. *ΣΤΡΑΤΩΝΟC ΠΑΙΔΙΚΗ ΜΟΥCA. Ἐκ δεὸς ἀρχώμεσθα* etc. Explic. *Λύσας μετ' οἴνου δίδου πίνειν.* — Cf. Bibliotheca Uffenbach. Manusc. P. II. pap. 574—585. — Hess. Hebopfer II. 924. — F. Eckard Uibersicht der Oerter, wo die bekanntesten griech. Schriftsteller gelebt haben p. 146. — A. G. R. Naumann Catalogus libr. Ms. qui in Bibl. Sen. Civ. Lips. asserv. p. 4a. C. IV.

LI.

B. Senk. Ms. 2a. 4.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ φυσικῆς ακροάσεως, βιβλία Θ. *Περὶ οὐρανοῦ Δ. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς B. Μετεωρολογικῶν D. Περὶ κόσμου Α. Περὶ ψυχῆς Γ. Περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν* ... Francofurti ex typ. Andr. Weschelii MDLXXVII. 4.

Huic libro adnotationes adscripsit Andreas Dudithius. In priori libri operculo haec leguntur: *Fuit Dudithius ex Hungaria oriundus vir in omni doctrinae genere excellens, orator incomparabilis, et ea re Hungariae Phoenix dictus. Celebrant ejus orationes passim eruditi et summopere collaudant. Cetera de ejus in philosophia peritia testari possunt notae longe eruditissimae, quas per integros hos Aristotelis libros sua manu margini adscripsit, dignae profecto, quae tandem aliquando cum erudito orbe communicentur.*

LII.

B. G. XV. 12a. fol.

Codex chartaceus saec. XV. negligenter scriptus, foll. 137. Continentur:

a. fol. 1—90. *Commentarius in libros VIII. Physicorum Aristotelis.*

Incip. *Circa initium primi libri physicorum* etc. Explic. *Benedictus in secula seculorum Amen.* Subsc. *Finiunt feliciter octo libri phys. Aristotelis a. 1474.*

b. fol. 91—137. *Anicii Manlii Torquati Boethii de Consolatione Philosophiae.*

Incip. *Carmina qui quondam* etc. Explic. *Judicis cuncta cernentis.* Subsc. *Fin. lib. boecii — LXXII.* — Adscriptae sunt notae et emendationes inter lineas et in margine. In calce libri adsuta sunt plura folia typis descripta: „Expositiones de arbore consanguinitatis" continentia fol. s. l. et a.

LIII.

B. G. XVI. 88. 4.

Codex chartaceus saec. XV., literis init. rubris, foll. 234., quorum 1—8. 55b. 65b. 66. 81b. 92b. 153—155. 178. 183b. et 221—234. vacua sunt. Continentur:

Commentarii in Aristotelis Organon.

Incip. *Quia primus liber loyce apud aristotelem est liber predicamentorum* etc. Explic. *Quod bene sequitur.*

LIV.

B. G. XVI. 50. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 243., quorum 1. 27. 28b. 130. 131. 176 et 243. vacua sunt. Continetur:

Commentarius in Aristotelis Analytica Topica et de sophisticis Elenchis.

Incip. *Circa libros priorum Analyticorum Aristotelis* etc. Explic. *De uno mutabili.*

Ex Bibl. Cap. Eccl. S. Marci in Butzbach.

LV.

B. G. (3) 8a. fol.

Codex chartaceus saec. XV et XVI. exaratus. Prior libri pars in duas columnas divisa, literis initialibus rubris ornata et non eadem manu, qua posterior scripta est. Folia sunt 85., quorum 1—3. 29b. 84b. et 85 scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 4—28. *Joannis Schaufus, Canonici Alsfeldiani, Commentatio in Aristotelis librum de Anima. M. CCCC. LII.*

Ita titulus. Incip. *Bonorum honorabilium.*] *Iste liber divini Aristotelis* etc. Explic. *Et omnium bonorum gratiam* (?) *praestat.*

Titulo haec adscripta sunt verba: *Obiit Auctor Alsfeldiae Anno 1480.*

b. fol. 29—84a. *Tractatus feudorum authore Guid. Panciroło Rhegiensi I. V. D. ac Prof. Vespertinae Lectionis Primario in Schola Patavina, praelectus ab eodem privatim in gratiam scholarium germanicorum A. S. M. D. LXIV.*

Ita titulus. Incip. *De feudorum origine. Pars 1. Cujusque rei potissimam partem* etc. Explic. *De consuetud. feud. in f. Subsc. Descript. Venet. a. 1565. Januar.* — Cf. Andr. Boehm, Rarior. in Bibl. Acad. Giss. ad Juris scient. pertin. libr. brev. recens. Gissae 1771. 4. p. 7. sq.

LVI.

B. G. (3) 17. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII. eleganter scriptus, c. notis in margine adscriptis, foll. 28., quorum ultimum et plures aversae paginae vacuae sunt. Continentur:

Notae ad Lucianum congestae ab Jo. H. Maio Fil. sub initium Anni MDCCXIX.

Ita titulus. Incip. *Tom. 1. p. 1. edit. Amstel. 1687. 8. "Αρτιέκεπαύμην.] Erudite et copiose monstravit Graevius* etc. Explic. *Salmas. Exercit. Plinian. p. 895 et 936.* — Cf. Luciani Libellus de Longaevis vers. lat. fecit nov. notisq. perpetuis instruxit J. H. Maius. Giss. 1724. 4., ubi hae notae maximam partem typis expressae sunt.

LVII.

B. G. (3) 117. 4.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ Luciani Samos. Libellus de Longaevis versionem latinam fecit novam notisque perpetuis instruxit Jo. Henr. Maius. Gissae typis viduae J. R. Vulpii. 1724. 4.

Huic libro Jo. Henr. Maius multas adscripsit notas et emendationes. Cf. F. Eckard, Uibersicht etc. p. 147.

LVIII.

B. G. (3) 62. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII. eleganter scriptus, foll. 112., quorum plura tamen scriptura vacant. Continetur:

Constantini Porphyrogeniti Libri II. de Caerimoniis Aulae Byzantinae. Fragmenta.

Incip. (*Conf. Edit. Leichio-Reichianae Tom. I. pag. 257. et Niebuhrianae Tom. I. pag. 444.*). *Ὑπόθεσις τῶν βασιλικῶν ταξειδίων καὶ ὑπόμνησις τῶν ἀπλήκτων. Εἰσὶ τὰ ἄπληκτα* etc. Explic. (*II. cap. 48. Ed. Niebuhr. Tom. I. pag. 692.*). *Τον κυρευόντα τῆς Ἀραβίας.* Tum sequitur versio latina cap. 15. libri II. — Haec fragmenta ex cod. olim Uffenbachiano nunc Lipsiensi, cui titulus: *De regalibus institutionibus a* Maio jun. descripta sunt. Cf. Biblioth. Uffenb. Ms. p. 538. — Neubauer Hess. Heb. opfer. II. p. 928. — Hist. crit. de la Rep. des Lettr. XI. p. 333 et XIII. p. 345. — F. Eckard, Uibersicht etc. p. 146. — Hall. Allg. Litt. Z. 1827. April p. 649. sqq. — Aem. G. R. Naumann, Catalogus libr. Ms. qui in bibl. sen. civ. Lips. asserv. p. 10b. Cod. XXVIII.

LIX.

B. G. (3) 60. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 231., quorum multa scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 1—60a. *Jo. H. Maii jun. Praelectiones in Hoepfneri Graeciam antiquam s. Antiquitates graecas.*

Incip. *Egregie in causam* etc. Explic. *Casaubonus de satyrica poesi.*

b. fol. 62—113. *Ejusdem Notae et Emendationes ad Alciphronis Epistolas.*

Incip. *Epist. I. Χρηστὴν ἡμῖν ἡ θάλασσα* etc. Explic. *v. Schol. Aristoph. ad Nub. p. 144.*

c. fol. 117—155. *Theophylacti Simocati Epistolae morales, rusticae et amatoriae ex ed. Comel. 1599. descriptae c. notis manu Maii jun. exaratis atque ex Steinheiliano exemplo, ut videtur, sumptis.*

d. fol. 157—230. *J. H. Maii jun. Observationes in Aeliani Historiae Variae initium (foll. 157—181.), ad Aul. Gellium (foll. 185—197.), in N. T. ex Constant. Porphyr. (foll. 198—213.), in Homerum (foll. 215—218.), et in Himerii orationem (foll. 219—230.) — Cf. F. Eckard, Uebersicht etc. p. 147.*

LX.

B. G. (3) 20. fol.

Codex chartaceus saec. XVII., scriptura non inelegante apice notata, inscriptionibus et litteris initialibus hic illic rubro pictis, foll. 402., quorum 1b—3. 8b—10. 363. 364. 392b. et 398b—402. vacua sunt. Fol. 11—353. antiquiores rossicas numerarum notas (А̃—ТИ̃Д) habent, manipuli octonorum foliorum usque ad fol. 354. Б̃—МИ, tum 1—4. notati sunt. Folium р̃пп (188.) a scriba false numeratum est. Continetur:

Dorothei Metropolitae Monembasiensis Chronicon in rossicum sermonem conversum.

Titulus hic est: Сія кни́га историчная, или Хранографъ, сі́ рѣчь Лѣтописецъ, объемляй вкращцѣ различнія и изряднія Исторіи, сі̀ рѣчь побѣсти, начинаемія ôсозданія міра, даже до взятія Константинопольскаго й ващше. Собрани убо древле ôразли̂чныхъ опасныъ Исторій вкращцѣ, ȋ ô Еллинкаго языка на̀ общій, сі̀ рѣчь Греческій, пр̂еведеся ô Преосвященнійшаго Митрополи́та Монемвасійскаго кіръ Дороѳея. Нн̓ыже Божіимъ блг̓оволеніемъ и новелѣніемъ, благочестивѣйшаго йшишаишаго и̓ хрт̑олюбивѣйшаго, Великаго г̑дря ни̓шего цр̓я й Великаго Кн̓зя Алексі́а Михайловича, всеа Великія и̓ Малыя ȋ Бѣлыя Росій Самодержца преведеся ŏ Греческаго языка на Славеноросійскій языкъ [Дідаскаломъ] Іеромонахомъ Арсеніемъ Грекомъ начася въ лѣто и̓сто̓горцемъ Архімандритомъ Діонисіемъ Грекомъ совершися. Въ лѣто ôсозданія міра ͯ З̃РО Д̑. ô Рожестваже Христова ͯ А̃Х Ѯ̃ Е М̑ца декемврія.

Incipitur liber ille [post indicem capitum] fol. 11b: **По́лза ȋсто́рія есть мно́га ȋ Велика поистинѣ** etc. Explic. (fol. 363b.): **Михаилъ Палеôлогъ, немоцісткока, ȋ ôу́мрі.** — Pertinet chronicon usque ad tempus Michaelis Palaeologi. De auctore, qui circa annum 1629 vixit, consule **Saxium** Onomast. lit. VII. 330 et **Fabricium** Bibl. gr. Ed. I. Vol. VI. 145. Not. — Guil. **Mizenius**, Bibliothecae aulicae Darmstadienis Praefectus II., in litteris rossicis mire versatus, de illo codice rogatus haec adnotavit: *„Zar Alexei Michailowitsch kam 1641 zur Regierung; das 21ste Jahr derselben, dessen in dem Nachsatz des Titels gedacht wird, ist also 1662. Aus dem von Kalaidowitsch und Strojew in der Beschreibung der Handschriften des Grafen Tolstoy (Moskwa 1825. 8.) S. 41—42. No. 77. gegebenen vollständigeren Titel eines Manuscripts desselben Chronographen, und aus einer Bemerkung* (ibid. S. 42.) *ersieht man, dass Arsenj die Uebersetzung 1655 begann, Dionysei sie 1665 endigte, und dass der bereits angeordnete Druck unterblieb. Ausser den Tolstoyschen Manuscripten* (cf. l. l. No. 77 u. 430.) *soll sich ein Manuscript in Wien bei dem W. W. Schotten befinden, das Alter in seinen philol. krit. Miscel-*

laneen beschrieben hat. Dorotheos Werk ist griechisch erschienen Venetiis 1631. 4. und später 1684. 4. Cf. Fabricius l. l. Ueber Arseny cf. Strahl, Das gelehrte Russland. Leipz. 1828. 8. S. 199. sqq. Der Titel des Tolstoy'schen Manuscripts No. 77. weicht im Inhalt und in der Orthographie von dem Giessener ab." — In appendice habentur haec a scriba chronicae rossico sermone conscripta: 1. fol. 366—393.: *Notata de actis Concilii Florentini.* — 2. fol. 394—395.: *Confessio fidei.* — 3. fol. 396—398 a.: *Conspectus dignitatum Imperii Byzantini.*

Fol. 1 a. possessor nomen suum adscripsit: Iwan Feodorowitsch Ssudokow. Comparavi hunc nobis codicem una cum aliis libris rossicis ex bibliotheca clariss. Prof. Giss. W. F. de Clossius a. 1838 pretio 5 flor.

LXI.

B. S. Ms. 137. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., mutilus et valde depravatus, foll. 49. quorum 1. 2 a. 5 b. 6. 7. 46 b. 47 a. et 49. vacua sunt scriptura. Titulus:

Johannis Frederici Gronovii Excerpta Plautina.

Incip. *Ex Primâ M. Acc. Plauti Com. Amphitr. P. Pace Advenire. Prol. 32. Phrasis haec suspecta fuit* etc. Explic. (*Ad mercat. V. 4. 28.*) *Ex viminibus fisci debent.*

LXII.

B. S. Ms. 136. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., multis vocum compendiis, foll. 152., quorum 1—4. 140 b. et 144 b—152 scriptura vacant. Insunt:

Joh. Mensingae in Terentii sex Comoedias Dictata.

Incip. fol. 5. *Viri cl. Ioh. Mensingae in Ter. 6. Com. Dictata. Terentius poeta fuit Afer, natus Carthagine Ao. U. C. 560.* etc. Tum sequitur: *Argumentum Andriae amor est duorum adolescentium* etc. Incip. fol. 6. *Prolog. Terent.* fol. 7. *Notae ad Andr. Terent. A. 1. Sc. 1.* Explic. (*Hecyra*) *Nunc satis animadverto.* Subsc.: *Finis Terentii. Ao. Christi 1690.*

LXIII.

B. G. (3) 22. fol. min.

Codex membranaceus pulcherrimae membranae saec. XV. ineunte elegantissime in Italia exaratus et optime conservatus, inscriptionibus rubris, literis singulorum librorum initialibus inauratis et variis coloribus, inprimis praeciosissimo illo caeruleo, pictis, margine fol. 2 a. et 48 a. vario colore ornata, lineis subtili atramento ductis. Constat fol. 196. eorumque octona semper juncta, et custodes in fine ultimae cujusque quaternionis paginae adscripti sunt. Fol. 1. vacuum est. Continentur:

a. fol. 2—14. *P. Virgilii Maronis Bucolica.*

Inscr. *P. Virgilii Maronis Bucolicon incipit feliciter. Melibeus. Ecloga prima.* — Ecl. 1. v. 18. deest.

b. fol. 14 b—47. *P. Virgilii Maronis Georgicorum libri IV.*

Inscr. *Incipit liber Georgicorum Virgilii Maronis.* Singulis libris praemittuntur illa tetrasticha „Ovidii versus" dicta, quae habes in Burmanni Anthol. II. p. 374. sqq.

c. fol. 48—196. *P. Virgilii Maronis Aeneidos libri XII.*

Inscr. nulla. Libris II—XII. praemittuntur decasticha scholastica ap. Burman. II.

p. 377. Subscr. fol. 105 b.: *Explicit liber Virgilii eneidos. Deo gratias amen.* Fol. 196 a. adscripti sunt „*De Aeneide, veteris scholasticae poetae versus, sub nomine Augusti Caesaris*“, quos habes apud Burman. *II. p. 357. sqq.* Fol. 196 b. quatuor illi priores versus: *Ille ego qui quondam etc.* adjecti sunt et notatum, quod in principio Aeneidos poni soleant. — Cf. Bibl. Uffenbach. Ms. P. IV. pag. 222. et A. Boehm Diss. de libris quibusdam rarioribus Bibl. Giss. Giss. 1771. 4. pag. 7—11. Long. 9″ Lat. 7″ 3‴

Fuit hic codex in bibliotheca Danielis Maini, postea pertinuit ad Uffenbachium, denique ad J. H. Maium fil., a quo eum accepit Academia Gissensis.

LXIV.

B. S. Ms. 230. fol.

Codex chartaceus saec. XVII., rubris plerumque initialibus et inscriptionibus, crebris vocum compendiis, cum glossis interlinearibus et multis in margine notatis. Foliorum est 148., quorum 16 b. 17—21. 60 a. 126 b. 127—129 a. et 148 b. vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—16 a. *P. Virgilii Maronis Eclogae.*

Incip. (Eclog. 1. v. 51.). *Nec mala vicini pecoris contagia laedent.* Explic. (Eclog. 10. v. 77.). *Ite domum sature, venit hesperus, ite capelle. P. V. Maronis Bucolic. finis.*

b. fol. 22—53 a. *Horatii Epistolarum libri II.*

Incip. (Lib. I. Ep. 1. v. 1.). *Prima dicte michi summa dicende camena* etc. Explic. (Lib. II. Ep. 2. v. 216.). *Rideat et pulset lasciva decentius aetas.* Habet hic codex annum 1602.

c. fol. 53 b—59. *Catalecta Virgiliana: Hortulus. Carmen de se ipso et Homero. Carmen de vino et Venere. De viro bono et sapienti,* cetera. Catal. ed. Ald. 1517. f. 68. sqq.

d. fol. 60—126. *D. Jun. Juvenalis Satyrae.*

Incip. (Sat. I. v. 1.). *Semper ego auditor tantum, nunquam ne reponam* etc. Explic. (Sat. XIV. v. 77.). *Vultur jumento et canibus crucibusque relictis.* Fol. 60 b. Notata de metris. fol. 61 a. Argumenta satyrar. Incip. *Carmine praestanti construxit opus Juvenalis* etc.

e. fol. 130—137 a. *Bernhardus De contemptu mundi amoris.*

Incip. *Martula nostra tibi mandet dilecte salutem* etc. Explic. *Hoc tibi det munus qui regnat trinus et unus.* — Cf. P. Leyseri Hist. poet. et poem. med. aevi Hal. 1721. p. 421. sqq.

f. fol. 137 b—138. *Carmen quarundam nobilium quaestionum.*

Incip. *Quis regit rex est* etc. Explic. *Sive virendo.*

g. fol. 139—148 a. *Horatius Fl. De arte poetica.*

Incip. *Humano capiti* etc. Explic. (v. 476.). *Non misura* (!) *cutem nisi plena cruoris hirudo.* Sequuntur notae variae de vita etc. Horatii. In fine annus 1661 adscriptus est.

Inter fol. 59 et 60. inserta sunt haec typis descripta: *Juvenalis Anto. Manci. Domicius Geor. Val. Argumenta Satyr. Juvenalis per Antonium Mancinellum. Prima docet Satyrae causas formamque libelli* etc. In fine: *Nurnberge impressum est hoc Juvenalis opus cum tribus Commentis per Antonium Koberger MCCCCXCVII. die vero VI. decembris. V. Panzer, Annal. typ. II. 224.* — *Satyr. I—VI.* adscripsit vir quidam eruditus notas et emendationes.

LXV.

B. G. (2) 61. fol. min.

Codex membranaceus saec. XII. exeunte eleganter exaratus, mutilus, litteris initialibus singulorum librorum et articulorum rubro pictis, illa autem libri II. auro et vario colore distincta, inscriptionibus rubris, foll. 36. Continentur:

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Fragmenta.

Incip. (Lib. I. v. 404.). *Contigit ut quedam* etc. Explic. (Lib. XII. v. 619.). *Tartara sentit.* — Collecta sunt in hac cistula duorum codicum metamorphoseon fragmenta, quae tegendis aliis libris serviebant. Continentur autem haec: Lib. I. v. 404—612. 714—779. — Lib. II. v. 1—24. — Lib. III. v. 207—266. 272—324. 464—505. 524—569. 591—626. 649—684. et ejusd. lib. v. 497—707. Tum Lib. III. v. 705—733. Lib. IV. v. 1—3. 25—61. 79—117. 141—174. 482—688. Ejusd. Lib. v. 638—746. — Lib. V. v. 82—122. 140—233. 239—289. Ejusd. lib. v. 242—291. 293—501. — Lib. VI. v. 126—230. 439—650. — Lib. VII. v. 237—285. 290—335. 547—652. — Lib. VIII. v. 609—709. — Lib. IX. v. 125—175. 180—231. 357—405. 414—460. 763—796. — Lib. X. 1—11. 21—65. 185—236. 243—290. — Lib. XI. v. 490—781. 793—795. — Lib. XII. 1—96. 102—154. 160—214. 219—270. 287—331. 342—619. — Ceterum in hoc codice lectiones interdum memorabiles sunt.

LXVI.

B. S. Ms. 133. 4.

Codex membranaceus saec. XIV. vergente litteris minutissimis non ineleganter exaratus, crebris vocum compendiis, litteris initialibus epistolarum et singulorum versuum rubro pictis, cum notis marginalibus et multis inter lineas eadem manu adscriptis. Folia, quae possessor libri numeris LVII. consignavit, sunt 58., cum fol. 20. numerare omitteret. Fol. primum et ultimum, a bibliopega adsuta, chartacea sunt et scriptura vacant. Continentur:

P. Ovidii Nasonis Heroides.

Incipitur:

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Ulixi etc.

Explic. (Lib. XXI. v. 12.):

Quos vereor paucos ne velit esse mihi.

Tum sequuntur haec quatuor disticha:

Si tamen ut perhibes fugerem periuria vite
Victis adhuc dubie perceret (parceret?) illa mihi;
At dea nec precibus poterit nec vulnere flecti
Ut que medear est mihi sola salus
Nec etiam vicle inest (interest?) curandoque negand (quandoque vegrante?)
Ut vivere imperium imponere ventis honus (onus?)
. . . . . . *et et queri deque sui conjuge tacens*
. . *et quali sim de te iure vigilis opem.*

Membrana tam male habita est, ut ultima disticha non nisi difficillime legi queant. Dr. F. W. Otto, Seminarii philologici collaborator et Gymnasii Gissensis collega, de hoc codice rogatus, variantes lectiones primae epistolae speciminis causa humanissime mihi communicavit:

Ed. Burmann.	Cod. Ms.	Ed. Burmann.	Cod. Ms.
v. 29. *trepidae*	*timidaeque*	v. 77. *tibi*	*mihi*
32. *atque*	*jamque*	79. *vanescat*	*manescat*
33. *hic*	*hac*	85. *frangitur*	*flectitur*
36. *hic lacec*	*hic alacer*	*ipse*	*ille*
admissae	*missae*	103. *hoc jubeant*	*haec faciant (jubeant)*
38. *ille*	*ipse*	105. *armis*	Cod. supra vers. *vel annis*
39. *Rhesumque*	*Rhesum*		
44. *cautus*	*captus*	106. *valet*	*potest*
45. *micuere*	*metuere*	110. *ara tuis*	*avia michi (vel tuis)*
51. *diruta*	*obruta*	113. *condas*	*claudas (vel condas)*
uni	*soli*	*redeas*	*venias.*
66. *abes*	*eras (vel abes)*		

Deest Epistola XV. (ed. Burm.) Sapphus ad Phaonem et Ep. XXI. Cydippes ad Accontium, cujus nonnisi priora sex disticha habentur, ut supra notatum est. In inferiore margine fol. 1 a. a recentiore manu haec leguntur: *Ex bibliotheca Menteliana Mss. Cod. Ovidii Epistolae Heroidum.* — Cf. Ovidii Nasonis op. ed. Burmann. I. 306. — Neumann Catalog. libr. Ms. etc. Cod. XLVII. p. 16b. — St. Endlicher Cat. Cod. Ms. etc. Cod. CLIII. p. 76. — Long. 6'' 10''' Lat. 4'' 8'''

LXVII.

B. S. Ms. 132 4.

Codex chartaceus saec. XV. in Italia scriptus, lineis stilo ductis, vocum compendiis usitatis, c. glossis interlinearibus et paucis in margine notatis, foll. 111., quorum 1 et 111. membranacea sunt et aliena continent; foll. 54—58. 77b. 78 et 110. scriptura vacant. Insunt autem in hoc codice:

a. fol. 2—53. *P. Ovidii Nasonis Ars amatoria.*

Incip. *Si quis in hoc artem populo* etc. Explic. (Lib. III. v. 812.). *Naso magister erat. Subscriptio haec est: Explicit liber Ovidii de arte amandi.*

b. fol. 59—77 a. *Ejusd. Remedia amoris.*

Incip. *(L)egerat hujus amor titulum* etc. Explic. *Femina virque meo. Subscriptio: Explicit ovidius de remedio amoris. Deo gratias Amen.*

c. fol. 79—76. *Homeri Ilias carmine latino reddita.*

Ita titulus manu recentiore adscriptus. Incip. *(I)ram pande michi pellide disca superbi* etc. Explic. (v. 1075.). *Vatis tam phebe peracto. Subscriptio haec est: Explicit opus Homeri translatum.* — In fronte libri haec adscripta sunt: *Forsan Rufi Festi Avieni Epitome Iliadis.* — V. Poetae lat. minor. Cur. J. C. Wernsdorf T. IV. p. 617. sqq.

d. fol. 97—109. *Vitalis Blessis vel Blesensis Geta.*

Ita titulus manu recentiore pictus. Incip. *Grecorum studia nimiumque* etc. Explic. (v. 483.). *Uxor et amphitrion gaudent nidore popine. Subscriptio: Explicit hic geta deceptus ab archate summo Vitalis blessis explicit amphitrion.* — Typis descript. curav. celeberrimus Angelus Maius in Class. Auct. e Vatic. Cod. edit. Tom. V. p. 463. sqq. (De Amphitryone et Alcmena Poema) et collega cl. Fr. Osannus (Vitalis Bles. Amphitr. et Aulular. Eclogae. Darmst. 1836. 8.). De auctoris vita et de variis hujus poematis codicibus cf. Hist. lit. de la France T. XV. p. 431. — Biogr. univ. v. Vital de Blois. — Osanni Praef. p. XIII. sqq.

Fuit hic codex quondam in bibliotheca Z. C. ab Uffenbach, qui eum describi curavit in Bibl. Uffenb. Ms. T. IV. p. 222. sqq.

LXVIII.

B. G. XVI. 22b. 4.

Codex chartaceus saec. XV. satis eleganter scriptus, litteris initialibus rubris, notis inter lineas et in margine adscriptis, foll. 46., quorum 39—46. scriptura vacant. Continentur:

Officia Rhetoris. Carmen latinum.

Ita inscript. Incip. *Papa stupor mundi si dixero papa nocenti*
Astephalum nomen etc.

Explic. *Disposuisset mors victa suos a morte redemit.*

LXIX.

B. G. XVI. 13a. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initialibus rubris, foll. 85., quorum 85a. vacuum est. Continetur:

Floretus cum glossis.

Incip. Introd. *Circa initium libri floreti* etc. Incip. carmen:
Nomine floretus liber incipit atque facetus
Semper erit tutus ejus documenta secutus etc.

Explic. *Qui dedit alpha et o sit laus et gloria Christo. Amen.*

Subsc. *Explicit Floretus.* — Cf. Fabricii Bibl. med. ac inf. lat. I. 624. (Bernardus. script. Foreti) et Vossius, De poet. lat. p. 73. J. Ch. Brunet, Manuel du Libr. Bruxelles 1838. I. 165. II. 215.

Codex nobis e bibliotheca Cap. Eccl. S. Marci in Butzbach accessit.

LXX.

B. G. XVI. 22. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 36., quorum ultima pagina scriptura vacat. Continetur:

Johannis de Garlandia Carmen de Mysteriis Ecclesiae cum commento.

Incip. *Anglia quo fulget quo gaudet presule claro*
Londonie quo pisius (sic!) *scrutante sophiam etc.*

Explic. carm.: *Hostia missa.* Explic. comm.: *Et benedictus Amen.* — Cf. Polyc. Leyseri Hist. poet. et poem. med. aevi p. 339. sq. — St. Endlicher Cat. Cod. Ms. Bibl. Pal. Vind. p. 272.

Fuit hic codex olim in bibl. Cap. Eccl. S. Marci in Butzbach.

LXXI.

B. G. (3) 26. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 20., quorum 1 et 20. scriptura vacant. Continetur:

Quinti Sereni Liber medicinalis.

Ita titulus. Incip. *(M)embrorum series recto deducta tenore*
Ut stet consimilis medicine defluat ordo etc.

Explic. *Apponisque super pellit medicina dolorem.*

Subsc. *Liber medicinalis quinti sereni finit.* — Cf. St. Endlicher, l. l. p. 185.

LXXII.

B. G. (3) 12b. 4.

Codex chartaceus saec. XVI. vergente in Italia scriptus, pag. num. 214. Continentur:

Epigrammata latina.

In fronte libri Z. C. ab Uffenbach haec adscripsit: *Liber Epigrammatum lat. venustissimorum auctoris incerti qui Martialem secutus in plerisque videtur nec infeliciter. Distribuit opus in XII libros secundum totidem anni menses.* Incip.

Auctor alloquitur Janum.

Jane, tuas adeo, pateat mihi porta, Calendas
Jane biceps, Elogos spernere parce meos etc.

Explic. (*Ad Zoilum*): *Quod laudas laudo, quod culpas, Zoile, culpo,*
Pendet ab arbitrio nostra Thalia tuo.

Stilus auctoris, Patavini ut videtur, elegans est; immiscet tamen subinde vocabula non recepta, ut errantior, angustare, famesco, irresolutus (non solutus), incastus (non castus) etc. Steccatus (palis munitus) est merus Italismus. Restare (permanere) etc.

Pertinuit olim ad Z. C. ab Uffenbach, cujus emblema in priori libri operculo conspicitur, pervenitque ex illius dono ad Maium sen.

LXXIII.

B. S. Ms. 37. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII. eleganter scriptus, foll. 104., quorum 1 b. 99—104. vacua sunt. Titulus:

M. Caroli Phil. Frid. Kurrer, Soc. lat. Jen. sod. honor. Langenbrandensium olim nunc Zauelsteinensium Pastoris Otia Langenbrandensia. 1791.

Incip. [post ind. capit. carmin. et praef.] fol. 4: *Josephus II.*
Sat fremuit Boreas, madidis abstersit ab alis etc.

Explic. *Sic tibi mox: salve! ladetus, susque! canam.*

LXXIV.

B. S. Ms. 42. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 34., quorum 31 b—34 vacua sunt. Titulus:

Liber exercitiorum poeticorum pro H. Ch. Senkenberg.

Incip. *Virtutem sua premia manent* etc. Explic. *Sorte et honore frui.*

LXXV.

B. S. Ms. 232. fol.

Codex chartaceus saec. XV., ex parte aqua laesus et lacerus, in fine mutilus; prior pars in duas columnas scissa et non eadem manu, qua posterior, scripta est; litterae in illo libro, quem sub lit. a. recensui, minores sunt et initiales nondum pictae, in sequente libro autem rubrae. Foll. 280., quorum 1 et 65 b. vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—217 a. Col. 1.: *Ciceronis Epistolarum ad familiares libri I-VII. IX-XII et XIII. ep. 1—16. in medio.*

Incip. *Epistole ad familiares. Tulij. Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris satis facio omnibus* etc. Explic. (Lib. XIII. ep. 16.). *Ad te maxime ille quidem suo consilio Amen!*

b. fol. 117 a. Col. 2—119 b. *Senecae Epistolae ad S. Paulum.*

Incip. *Epistole Senece paulo S. Credo tibi* etc. Explic. *A te possit expediri Bene vale.* — Sequitur Epist. Pauli ad Senecam. Incip. *Perpendenti tibi* etc. Exstant jam typis expressae in Bibliotheca sancta Sixti Senensis lib. 2. v. Paulus p. 153. sqq. Finis epistolae Pauli ad Senecam a textu in Bibl. Sixti Sen. divergit, sed praeter singula verba nihil legi potest. Sequitur brevis notitia de authenticitate harum epistolarum, cum Epitaphio Senecae (*Cura labor meritum* etc.) et Sententiis ex S. Gregorio et Augustino. Cf. St. Endlicher Catal. etc. p. 483.

c. fol. 120 a. *Litera diffidatorialis regis Dane contra Bohemos.*

Incip. *Cristiernus dei gratia Dane Swine* etc. Expl. *D. Gotorp* MCCCCLXI.

d. fol. 120 b—122 a. *Proverbia latina sec. ord. alphab.* — Fol. 122 b. Epitaphium Senecae (idem quod sub lit. b. recens.)

e. fol. 123—124. *Eadem quae sub lit. b. hujus codicis recensita sunt, sed manu antiquiore quam illa scripta esse videntur.*

f. fol. 124.—278 a. *L. Ann. Senecae ad Lucil. Epistolae 1—88. 90—124. Ep. 89 deest. Post ep. 102. scripta est ep. 101.*

Incip. *Ita fac, mi Lucili, vendica te tibi* etc. Explic. *Infelicissimos esse felices. Subsc. Explic. . . scripte a. d. 1466.*

g. fol. 278 a—280. *L. Ann. Senecae Epistola ad Lucilium 88 a.*

LXXVI.

B. S. Ms. 225. fol.

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, in duas columnas divisus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus saepe omissis, ligatura antiqua, foll. 96., quorum 55 b. 77 b. et 96. scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 1—55. *M. Tull. Cicero de officiis, germanice.*

Incip. *Marce sun der mein wie wol du yetzo das iar dy kunstlichen weissheit Cratippi lerent gehoret hat als dann ze athenis gesagt und gepoten ist dy philozophey* etc. Explic. (*Dy nachred marcy Tuly cyceronis des puchs. Marce mein sun* etc.) *In disen geschriften und lernung dich erfreyest.*

b. fol. 56—71. *Bulla aurea Caroli IV. Die guldein wull in teutsch.*

Incip. *Carl der vierd mit gunst götlicher miltichait Römischer kaiser alzeit merar des reichs und Kung zw pehaim* etc. Explic. (*cap. 23. saget wie dy drey geistl. kurfursten zw des kaisers messe und gegenwartihait den segen geben sullen*) *Als sich dann ayschet. Explicit die guldein wull.*

c. fol. 72—77. *Das sind dy kaiserlichen gesetz in dem hof zw maintz gemacht in gegenwartikeit aller Kurfursten. Das erst von den mainaydigen aussagen* etc.

Incip. *In dem hof zw maintz den wir Kaiser Karl der viert hielten in dem iar . . 1356.* etc. Explic. *In den zungen underweiset werden. Subsc. Explicit dy kais. gesetz zw maintz gemacht.*

d. fol. 78—83 a. *Kaiser Friedrichs Reformation 1456.*

Incip. *Wir Friedrich . . bechennen und thuu chund allermannigklich mit dysem brief das wir mit rate und peywesen unser und des heiligen Römischen reichs geistlich und weltlich* etc. Explic. *Und des kaiserthumbs in dem fünften.*

e. fol. 83b—88a. *Kung Otten Freyhait dy er dem land zw bayrn geben hat.*

Incip. *Wir Ott von gotes genaden Kung zw ungern* etc. Explic. *Landshuet davon Cristes gepurd warn tausent iar und drew hundert iar und darnach in dem ainlasten iare an sand veichlst tag.*

f. fol. 88b—89. *Der dreyer herzogen Freyhait.*

Incip. *Wir steffan Friedrich und Johanns geprudere all von gotes genaden pfalzgrauen pey rein* etc. Explic. *München an des heiligen herrn sand veichts tag da man zalt von kristes gepurt drewzehn hundert iar und in dem funf und siebenzigsten iare.*

g. fol. 89a. Col. 2. *Des pfalzgrafen Ludewig pey rein freiheitsbrief und bestättigung der privilegia Kungs Otto* etc. *Landshuet 1450.*

h. fol. 90—95. *Die kunst der gedächtnuss.*

Incip. *Die empsig begir meines genädigen herren Ludwigen des hochgepornen fursten zwingt mich seinem Willen ze laysten* etc. Explic. *Das puchlein hat gesamelt und zw teutsch gemacht hans hartlieb durch seines liebsten herren willen . . 1430 — zw nennburg in der vesten. Wem davon guet geschiecht frum und nutz der pit got für sy paid. Der schreiber wär sein auch not durftig. Amen.*

LXXVII.

B. S. Ms. 12. 8.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 114., quorum 1b. 2. 3. 95b. 96. 105 et 114b. vacua sunt. Titulus:

Joh. Mensinga, Prof. Groening., Notata in Officia Ciceronis, Tit. X. prior. Institutionum et Vellejum Paterculum.

Incip. *Officium est hic quod in quovis negotio* etc. Explic. (V. Pal. c. 127.) *De Asinio bene 2. 62. 73. 76. 86.*

LXXVIII.

B. S. Ms. 234. fol.

Codex chartaceus a. 1473. in Italia natus, vocum compendiis rarisssimis, paucis in margine notatis, foll. 115., quorum 1. 113b. 114 et 115 vacua sunt. Continetur:

Suetonius De XII Cesarum vitis.

Incip. *Julius Cesar annum agens sextumdecimum patrem amisit* etc. Explic. *Moderatione sequentium principum.* Subsc.: *Cai Suetonii Tranquilli de XII. Cesarum vitis liber ultimus feliciter finit. Scriptus per me Lazarum olim Raynerii de Canortis de Sto Geminiano notarius publicus Florentinus ad requisitionem et instantiam Raynerii mei filii studentis sub anno domini nostri Jesu Christi ab ejusdem salutifera incarnatione millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.*

LXXIX.

B. S. Ms. 233. fol.

Codex membranaceus saec. XV. in Italia scriptus, litteris librorum initialibus modo rubris modo atris, argumentis ad marginem adscriptis, lineis stilo ductis, ligatura antiqua, foll. 172., quorum 9 et 172b. scriptura vacant. Continentur:

Justini Historiae Philippicae.

Inscriptio: *Liber Historiarum Philippicarum Item Totius Mundi Origines Item Terrae*

Situs. (Haec minio picta sunt.) Incip. prol. *Primo uolumine continentur haec Imperium assirorum a nino rege* etc. Explic. prol. *Lib. XLIV. continentur res hispanice et punice. Explic. prol. lib. XLIV.* Incipitur praefatio (fol. 8 a.): *Cum multi ex Romanis etiam consularis dignitatis viri* etc. Explic. praef. *Industrie testimonium habituro.* Fol. 9 b. incipit textus: *Incipit liber primus. Principio rerum gencium nationumque imperium* etc. Explicitur: *In formam provinciae redegit.* Fol. 1 a. haec leguntur: *Monasterij Weingartensis. Ao. 1630.* Long. 11″ 1‴. Lat. 8″ 8‴.

LXXX.

B. S. Ms. 11. 8.

Codex chartaceus saec. XVII. ineuntis, foll. 318., quorum 1. 2 b. 307—318. vacua sunt. Titulus:

In Lucium Florum Historicum Commentarius in incluta Salana dic tatus El. Reusnero Leorino. Exceptus Georg. Pfizmario Palat. A. 1602.

Incip. *Prol. Plutarchus in commentariolo de fortuna Romanorum* etc. Explic. *Quod mordicus tenebit, amisit.*

Subsc.: *Desinit ecce liber quartus plaudente caterva,*
Laus sit Reusnero, laus et inde Deo.

LXXXI.

B. S. Ms. 10. 8.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 120., quorum 1. 119 b. et 120. scriptura vacant. Continentur:

Joh. Mensingae Annotationes in Lucium Florum.

Incip. *Proemium. Ita late per orbem terrarum arma circumtulit.*] *Contingua bella a finibus procul* etc. Explic. (Lib. 4. c. 12.). *Affectati regni fieri. D. Cass. 53.* — *Subsc.* *Μόνῳ τῷ θεῷ δόξα.*

LXXXII.

B. G. (3) 81. 4. min.

Codex membranaceus saec. XIV. nitidissime scriptus, litteris initialibus vario colore distinctis et auratis, notis et emendationibus inter lineas et in margine adscriptis, crebris vocum compendiis, lineis subtili atramento ductis, foll. 84., quorum 1 et 84 chartacea sunt. Fol. 83 a. scriptura vacat. Insunt autem in hoc codice:

a. fol. 2—45. *Martiani Minei Felicis Capellae, Afri Carthaginensis, De nuptiis philologiae et Mercurii Liber I et II.*

Incip. *Tu quem spallentem* (!) *thalamis quem matre camena* etc. Explic. lib. 2: *Faveantque muse et chelis latoia.* *Subscr.* *Finem habet liber secundus Marciani Capellae.* Koppius codicem nostrum non vidit.

b. fol. 46—82. *Platonis Timaeus ex interpretatione Chalcidii.*

Ita inscriptio manu Maii exarata. Incip. *Isocrates in exortionibus (!) tuis virtutem* (haec variis coloribus picta sunt) *laudans cum omnium bonorum* etc. Explic. *Sed ex levi admonitione perspicuo.* — Fol. 83 b. habet fragm. institut. rhythmico-musicalium litteris minutissimis exaratum. Fol. 2 a. nomina eorum, qui olim codicem nostrum possederunt, inscripta sunt: *Matthias Berneggerus, Joh. Freinshemius, Jo. Ernest. Lamprechtus, Jo. Hen. Maius jun.* Cf. F. Eckard, Uebersicht etc. p. 147. Lg. 6″ 7‴ Lt. 4″ 6‴.

LXXXIII.

B. S. Ms. 231. fol.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XV. negligenter scriptus, inscriptionibus et litteris initialibus modo rubris modo omissis, notis paucis ad marginem adscriptis, foll. 360, quorum 1. (membran.) 24b. 25a. 124. 125. 203b—227 et 288b. scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 2—123. *Aurelii Cassiodorii Senatoris Variarum libri.*

Incip. *Magni Aurelii Cassiodorii Senatoris viri clarissimi et Illustris questoris palacii consulis ordinarii perpetui officiorum atque patricii Variorum libri primi prologus incipit. Cum dissertorum michi gratiam aut comunibus fabulis etc.* Fol. 3. incip. *Liber primus narrans Anastasio imperatori de pace etc. Oportet nos, clementissime Imperator, etc.* Explic. (Liber VII. 41.): *Formula etatis nove* [aetatis veniae. Ed. Garet. Vol. I. 113.] *quam sue promissionis dictat* (impugnat ap. Garet) *auctoritas. Laus deo pax vivis requies defunctis. Jo. Frideberg.*

b. fol. 126—203a. *Joannis Boccaccii de Certaldo De Casibus virorum illustrium.*

Titulus: *Retorica Bocacii!* Fol. 126—129 *Registr. sec. ord. alphab.* Fol. 130 incipit dedicatio: *Lib. I. Genereso militi domino etc.* Incip. textus: *Exquirenti michi quid ex labore studiorum meorum posse forsan respublica utilitatis afferre etc.* Explic. *Fortune cuncta utentis. Amen.*

c. fol. 228—288. *Jo. Boccaccii De mulieribus claris.*

Incip. Dedicatio: *Pridie mulierum egregia etc.* Incip. textus: *Scripsere jam dudum nonnulli veteres etc.* Explic. Conclusio: *Dentibus invidiorum deperiat. Amen.*

d. fol. 289—360. *Collectarius perpetuarum formarum Johannis de Geylnhusen.*

Ita titulus. Incip. *Illustrissimo et gloriosissimo principi domino calixto duci austrie* etc. Explic. (*Creatio judicum et auditorum Consistorii Imper. in Tuscia*) *Seu alios valeant talia terminari. Presentium etc.* — Hoc documentum ed. Hoffmann: *Sammlung ungedruckter Urkunden* etc. II. 271.

LXXXIV.

B. G. XV. 32. fol.

Codex chartaceus saec. XV., inscriptionibus et literis initialibus rubris, notis in margine et inter lineas adscriptis, foll. 364. quorum 200b. 201. 281. 282. 306b. 362b—364. vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—200a. *A. M. T. Sev. Boethii De consolatione Philosophica c. comm.* Incip. *Carmina que quondam* etc. Fxplic. *Promicant figuris.*

b. fol. 202—249. *Alani de Insulis De Planctu Naturae.*

Incip. *In lacrimas risus in planctum gaudia verto* etc. Explic. *Tartareis flammis meruit sine fine subesse.* — Cf. Fabricii Bibl. lat. med. aevi I. 90. — P. Leyseri Hist. etc. p. 1045. sq.

c. fol. 250 — 262a. *M. T. Ciceronis Cato major sive de Senectute.*

Incip. (p. prol.): *O Tite, si quid ego* etc. Explic. *Probare possitis.*

Ch. Henr. Schmid in Tabula Recitation. in Acad. Ludov. p. Sem. hibern. 1791 inchoand. haec de illo libro scripsit: „Apographum *libri de senectute*, minus eleganter scriptum est, quam illud libri sub lit. e sequentis *de amicitia*, frequentioribusque notis paulo obscurius. Alia manu interdum, quae non distincte scripta, aut omissa sunt, in

margine corriguntur atque supplentur. In principio leguntur haec: *Marci Tullii Ciceronis super libro suo, qui maior Catho appellatur de senectute ad Titum Atticum suum prologus incipit feliciter.* Jam lectiones variantes huius codicis potiores exhibebimus, collata editione operum Ciceronianorum Bipontina. In versibus, qui initium capitis *primi* faciunt, pro *adiuero* legitur *adiuto*. Post verbum *fixa* additur *et qua deprimeris*. Loco vocis *ecquid* positum est *sed quid*. Verbis *ille vir* adiicitur nomen *Ennius*. Non *ne parum esset autoritatis*, sed *cum parum esset autoritatis* scriptum reperitur. In principio capitis *secundi* inserta sunt haec scribae verba: *Et hic incipit tractatus praeambuli disputationis*. Pro *adepti* legitur *adeptam*. Loco vocabuli *consolatione* positum est *consolatio*. In capite *tertio* pro *cognoui* substituitur *noui*. Pro *sunt omnia* legitur *omnia*. Loco vocis *nobilis* videmus vocabulum *ignobilis*. Locum verborum *id maximum est* occupat *et quidem maximum est*. In capite *quarto* locus *quintoque anno post ad Tarentum: quaestor deinde* sic legitur: *quintoque anno post ad Tarentum quaestor, deinde aedilis*. Pro *factus sum* positum est *factus sum praetor*. In versibus Ennii pro *magisque magisque* substituitur *postque magisque*. Vocabulo *filii* praepositum est *Marci*. In capite *quinto* pro *ut bella* legitur *aut bella*. Loco verborum *triumphosque* scriptum est *aut triumphos*. Pro *se dicit* positum est *dicitur*. Post verba *delectari videretur* inseritur haec scribae annotatio: *Enumeratio causarum, cur senectus apud Scipionem et Laelium misera videatur, et hic est totius libelli periodus secunda, revellens primam vituperationem obiectam senectuti.* In capite *sexto* post *pater tuus* deest *Scipio*. Loco verborum *dementes sese flexere* posita sunt *dementi sese flexere ruina*. Verba *quemodo* et *Carthagini* iunguntur, atque post *bellum* inseritur *resistatur*. Inter *noui* ac *stulti* additur *et*. Pro *senescentis* legitur *senectutis*. In capite *septimo* loco verborum *Tum senex* scriptum est *Tamen senex*. Voces *num Homerum* collocatae sunt post *Gorgiam*. Pro *in illis* legitur *in aliis*. *Prodere* mutatur in *prodesse*. In capite *octavo* post verba *quam illud* additur *idem*. Verbum *vitiosius* sequitur *dixit*. Pro *equidem et illud* legitur *equidem etiam illud addiscere*. In fine capitis adiecta sunt haec: *Finita secunda, periodus incipit tertia eiusdem libelli, in qua refellitur vituperatio secunda obiecta senectuti.* In capite *nono* post *tauri* additur *vires*. In capite *decimo* ante *acciderit* adiicitur *sibi*. Inter verba *cum equo* inseritur *autem*. Ante vocem *officii* deest *regis*. In capite *undecimo* post *pugnandum* additur *itaque*. Loco verborum *in illa domo patrius mos* substituuntur *in eo animus patrius*. Pro *extremum spiritum* legitur *ultimum spiritum*. Capite *duodecimo* praemittuntur haec verba: *Tertia finita periodo, quarta incipit, in qua refellitur vituperatio tertia obiecta senectuti.* Post *incitatum* additur *aliquem*. Pro *exoratus* legitur *exhortatus*. In capite *decimo tertio* loco verborum *se pro republica* positum est *se morti pro republica*. E verbis *maiores nostri* omissum est *nostri*. In capite *decimo quarto* pro *etiam aetate* legitur *adhuc aetate*. Verbis *a summo* additum est *magistro*. Pro *libenter vero* substituitur *ego vero*. Post vocem *iucundius* omissum est *quam frui*. Pro *docuisset* positum est *descripsisset*. In capite *decimo quinto* loco vocis *viuiradices* positum est *vites, radices*. In capite *decimo sexto* pro *extremum aetatis tempus* legitur *extremam senectutem*. Pro *brevi* substituitur *breviter*. In capite *decimo septimo* e verbis *laboris vero minus* omissum est *vero*. Inter verba *notum est* inseritur *totum*. In capite *decimo octavo* pro *illius iustae* legitur *ullius iustae*. In fine haec verba addita sunt: *Finita periodo quarta, incipit quinta huius libri et ultima qua refellitur quarta vituperatio obiecta senectuti.* In capite *vigesimo* pro *respondisse dicitur* positum est *reddidisse fertur*. Pro *Poenis vel corporibus* legitur *Poenis corporibus*. In capite *vigesimo primo* in verbis *quia ipse moveat* insertum est *se*. In capite ultimo pro *revocari* legitur *reuerti*. Post *colluuie* adduntur *immunditia, spurcitia*." —

d. fol. 263—280. *Isidori Hispalensis Soliloquium.*

Incip. (post. prol.): *Homo, anima mea* etc. Explic. *Vitam meam places.*

e. fol. 283—294. *M. T. Ciceronis Laelius sive de Amicitia Dialogus.*

Inscriptio non apparet. Incip. *Quintus Mucius Augur* etc. Explic. *Prestabilius esse putetis. Valete.*

Accurate hunc codicem jam contulit *Chr. Henr. Schmid* in praefatiuncula ad Tab. Recit. in Acad. Ludov. p. Sem. aestiv. 1790. Hic quae de eo retulit, huc adscripsi: „Cuius quidem codicis lectiones variantes, quas quidem collato eo cum Bipontina operum Ciceronianorum editione observavimus, potiores iam exhibere conabimur. In capite primo, pariter ac in editione Dauentriensi, praeter verba *Q. Mucius* etiam *Scaevola* additur. Loco verborum *a senis latere* scriptum est *ab eius latere.* Pro *sermonum* invenimus *sermonis.* Post verba *ut tum* inserta sunt *ad te, o Attice.* In capite secundo pro *debes* positum est *debeas.* Inter voces *te sapientem* interiectum est *esse.* Verbis *uterque alio modo* verba tria adiecta sunt hoc modo: *Cato et Acilius, uterque alio quidem modo.* Inter *Athenis unum* insertum est *quidem.* *Venissemus* mutatum est in *conuenissemus.* Versus finem capitis secundi loco verborum *sed hi in pueris, Cato in perfecto et spectato viro* leguntur haec: *Sed nec hi comparandi Catoni, perfecto et spectato viro.* In capite tertio *excessit* positum est *exisset.* Post *ad superos videatur* additum est *deos.* In capite quarto non *in plerisque* sed *plerique* legitur. Post verba *fit idem* subiungitur *homo.* In capite quinto post *integritas* inseritur *aequabilitas.* In capite sexto verba *quid dulcius* sequitur *quid iucundius.* Inter verba *sic loqui* interiectum est *omnia.* In capite septimo pro *necaretur* legitur *notaretur.* Loco verbi *expetimus* positum est *expectamus.* In capite nono *dissentiunt* mutatur in *dissentimus.* Pro *certatio* scriptum est *concertatio.* Loco verborum *nisi quid ad haec forte vultis* leguntur haec: *Adhuc nisi addere forte uultis.* Pro *hoc enim* substituitur *eo uero.* In capite decimo vocabulo *ponerentur* praefica est particula *de.* In capite undecimo simiter ac in editione Dauentriensi ex *Papo Aemilio* fit *Paulus Aemilius,* similiterque non *memoriae proditum,* sed *memoriae traditum* legitur. Loco verborum *Caius frater* positum est *carissimus frater.* Post *acerrimus* additum est *inimicus.* In capite duodecimo non *Publium Scipionem* scriptum est, sed *Publium Nasicam. Illigatus* mutatur in *obligatus.* Pro *in exilium missus* substituitur *in exilium expulsus.* Loco verbi *supplicio* legitur *iudicio.* Verba *amicum vel bellum* sic se habent: *amici causa bellum.* In capite decimo tertio pro *argutiis* legitur *argutis argumentis.* Loco verborum *putentur beati* positum est *videntur beati.* In capite decimo sexto pro *harum trium sententiarum* legitur *istarum trium opinionum.* Vocabulum *fortunae* mutatum est in *facultatis.* In fine capitis loco verbi cogitandum substituitur *exspectandum.* In capite decimo septimo pro *minus iustae amicorum voluntates adiuvandae* scriptum est *minus iustae amicorum causae defensandae.* Loco verborum *caput agitur aut fama* legitur *de capite agitur aut de fama.* In capite decimo nono pro verbis *locis etiam ipsis montuosis delectemur et silvestribus* substituuntur haec: *locis ipsis delectemur etiamsi silvestribus.* In capite vicesimo primo verba *iure vetustatis* mutata sunt in *iure necessitatis.* Loco verborum *est enim is quidem tanquam alter* legitur *est enim is verus amicus, qui est tanquam alter.*"

f. fol. 295 — 299. *De arte memoriandi.*

Incip. *Fili, sapiencia thesaurus est* etc. Explic. *Dixisse videamur.*

g. fol. 299—306. *Senecae (Martini Braccarensis ?) De copia verborum.*

Inscriptio: *Incipit libellus Senece de copia verborum.* Incip. *Quisquis prudentiam sequi* etc. Explic. *Que per negligentiam fit. Subscr. Explicit liber lucii Senece de verborum copia et cetera.*

h. fol. 307—359 a. *Cyrilli Alexandrini De quatuor virtutibus cardinalibus.*

Incip. *Secundum Aristotelis sententiam* etc. Explic. *Qui se perdit.*

i. fol. 359—362 a. *Martini Braccarensis* (?) *Compendiosus tractatus de quatuor virtutibus cardinalibus.*

Incip. *Quatuor virtutum* etc. Explic. *Fine servaveris. Amen. 1449.* Cf. St. Endlicher Cat. Cod. Ms. Bibl. Tab. Vind. p. 93. sqq. In priori libri operculo haec leguntur: *Gabr. Byel. Liber eccl. Cap. S. Marci Butzbach.*

LXXXV.

B. S. Ms. 256. 4.

Codex membranaceus saec. XV., inscriptionibus rubris, litteris initialibus aut rubris aut caeruleis aut vario colore distinctis, crebris vocum compendiis, lineis stilo ductis, notis inter lineas adscriptis, foll. 297, quorum 296 b. et 297 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—230. *An. Man. Torq. Severini Boethii De consolatione philosophiae libri V. c. commento.*

Incip. introd. *Quinque libros philosophice consolationis insignis auctor boecius* etc. Incip. op. fol. 4: *Carmina qui quondam studio florente peregi* etc. Explic. textus: *Cuncta cernentis. Subsc. Explic. comm. in secula seculorum Amen. D. G.*

Qui me scribebat, Gregorius nomen habebat
In Gonuwitz natus, illic quoque et parentatus,
Lector mente pia pro eo dicat Ave Maria.

b. fol. 231—277. *Johannis Gerson De consolatione theologiae.*

Incip. prosa: *Quecumque scripta sunt ait magnus ille discipulus* etc. Incip. metr.: *Sepe peregrinus volucer* etc. Explic. *Consolationem scripturarum spem habeamus. Subscr. Explicit tr. optimus et utilissimus de consolatione theologie egregii doctoris magistri Johannis Gerson Cancellarii parisien. a. D. 1467.* Cf. Gersonii Op. Hag. Com. 1728. I. 126.

c. fol. 278—296 a. *Tractatus egregii doctoris Dom. Joh. Gerson Cancell. parisien. De gratia et libero arbitrio et quo modo cum praedestinatione simul stare possunt.*

Ita inscript. rubro picta. Incip. *Arbitrium est voluntas* etc. Explic. *Qui ab eo intytulatur. Inevitabile. Subsc. A. D. 1468 in die S. Gregorii Mart. et est S. Johannis Baptiste in Seytz ordinis Cartusiensis.* Long. 9″ 3‴. Lat. 6″ 2‴.

LXXXVI.

B. G. XVI. 11. fol.

Codex chartaceus saec. XV., male habitus, in duas columnas divisus, litteris initialibus modo rubro pictis, modo plane omissis, fol. 379., quorum 1. 117 b. 118 a. 145 b. 146 a. 150 b. 295 et 366 b—379. vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—75. *Commentarii libri Boethii de Consolatione philosophica.*

Incip. *Circa initium Boetii de philosophica consolatione. Cum de philosophie consolatione etc.* Explic. *Marie filius. Amen. Subsc. Finitum est commentum libri ven. Boetii de cons. phil. per me Eckardum de Ameniburg studentem univers. erfordiens. 1426.*

b. fol. 76—138. *Aristotelis Liber de Anima. Latine. Cum Commentario.*

Incip. *Bonorum honorabilium noticia* etc. Explic. comm. *Marie filius. Amen.*

c. fol. 138—150. *Pauli de Geldria Tr. de Conceptibus.*

Ita inscriptio. Incip. *Ad habendum aliquales noticias de conceptibus vel cognitionibus* etc. Explic. *Notificat scriptum.*

d. fol. 151—294. *Anonymi De artibus liberalibus quaestiones.*

Incip. *Circa materiam donati etc.* Explic. *De ectipsi.*

e. fol. 296—366. *Commentaria in Aristotelis Libros de Coelo et Mundo, Meteorol. Ethic. et Metaphys.*

Incip. *Circa materiam librorum* etc. Explic. *Ducenda sorte . . .*

LXXXVII.

B. G. (3) 14. fol.

Codex chartaceus saec. XVI. vergentis, ab initio mutilus, litteris initialibus modo rubro modo atro pictis, notis et emendationibus in margine adscriptis, crebris vocum compendiis, foll. 198., quorum 59. 163 b. 197 et 198. vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—58. *Anici Manlii Torquati Seuerini Boethii De consolatione Philosophiae libri V cum commentario. Deficit folium primum* (!).

Ita inscriptio. Incip. (Prosa 1.) . . . *Grecum in supremo vero* etc. Explic. *Judicis cuncta cernent.* — Inter fol. 22—23 unum folium deest.

b. fol. 64—74 a. *Methodus Epistolandi brevis et utilis per Fratrem Wilhelmum Saphonensem Ord. Minor. edita.*

Ita titulus. Incip. *Conquestus es mecum* etc. Explic. *Et tantum de preceptis.*

c. fol. 75—141. *L. Ann. Senecae Epistolae.*

Incip. *Ita fac mi lucilli* etc. Explic. (Ep. 89.) *Nobis relinquerunt, nihil scire. Vale.*

d. fol. 142—151. *M. Tul. Ciceronis Paradoxa.*

Incip. *Animadverte brute sepe Cathonem etc.* Explic. *Pauperes existimandi sunt.*

e. fol. 152—157. *Epistola de querelis contra mortales.*

Incip. *Nemus ingens* etc. Explic. *Et scientiae* (?) *committemus. Subscr. Explicit epist. de querelis contra mortales.*

f. 157 b—160 a. *Boethius De disciplina scholarium.*

Incip. *Vestra nouit intentio de scolarum disciplina* etc. Explic. (cap. 1. in fine) *Nostraque volumina stili*. . . Caetera desiderantur. Fol. 160 b—162. habetur tabula alphab. in Boethium.

g. fol. 164—196. *Poemata latina cum commentario. 1. Eberhardi Betuniensis Labyrinthus.* Fragmentum. Inscr. *De oratorum et poetarum — stilis propriis.* Incip. *Pierius me traxit* etc. Explic. *Quod diximus auri.* Cf. P. Leyseri Hist. etc. p. 759 sq. *2. Anonymi Carmina in laudem S. Mariae Virg.*

LXXXVIII.

B. S. Ms. 499 fol.

Codex chartaceus saec. XVI. accurate scriptus, foll. 20., quorum 1. 2 b. 19 b. et 20 vacua sunt. Continetur:

Julius Frontinus cum Aggenio Urbico.

Incip. *Julius Frontinus Celso Penesto.* (Haec lit. majusc. picta sunt; in margine: *De controversiis limitum.*) *Notum est omnibus, Celse Peneste, studiorum nostrorum manere summam* etc. Explic. fol. 10 a. *Quam si ex plano nascatur. Julii Frontini Finis.* Fol. 10 b. incip. *Aggeni Urbici in Julium Frontinum Commentarium*

(Haec lit. maj. scripta.) *Suscepimus qualitates agrorum tractandas* etc. Explic. *Quaedam conjecturaliter etiam mentiri artifices coguntur. Finis.* Fol. 2 a. haec adnotata sunt: *Iste libellus (quod equidem sciam) nullibi seorsim excusus est. Describendum igitur curavi ex Codice Theodos. quem Sichardus Bas. 1528 in lucem edidit huicque in calce hunc commentarium subjunxit.* — Infra haec scripta sunt: *Ex bibliotheca Camerariana accepit C. Arnold.*

LXXXIX.

B. S. Ms. 138. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. num. 235., quorum plura vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—68. *Loci communes e purioribus latinitatis triumviris, Ciceroni Plauto et Terentio selecti a viro clar. excell. doct. M. Johanne Conrado Danhawero P. L. C. et orat. in Alma Univ. Argentin. Univers. P. P.*

Incip. *Est Hannibal ad portas* etc. Explic. *Pendente ex instituto.*

b. fol. 73—132. *Metaphysica dictata a M. J. C. Danhawero.*

Incip. (post indicem general.) *De natura metaphysices. Etiamsi de natura* etc. Explic. *An ex instituto.*

c. fol. 134—170. *Physica seu sientia naturalis dictata a . . J. C. Danhawero.*

Incip. *Naturalis scientiae proemium. Inter scientias contemplativas* etc. Explic. *Bis coctum apponere. Finis.* Sequitur index.

d. fol. 175—235. *Excerpta varia.*

Incip. *A. Angeli. Sunt spiritus* etc. Explic. *Traditiones hominum non scriptas.* Index in calce.

Pertinuit hic liber olim ad J. Geo. Christianum Fenningensem Palatinum, qui eum scripsit a. 1632., ut fol. 1 a. adnotatum est.

XC.

B. S. Ms. 24. 8.

Codex chartaceus saec. XVII., paginar. numerat. 347., praeter 29. in fine, quae vacuae sunt aut aliena continent. Titulus:

Sententiarum classicarum centuria XI—XX.

Incip. *Enpletur luminis egeriturque dolor* etc. Explic. *Mit Seufzen nachfolget.* — Sequitur catalogus auctorum.

XCI.

B. S. Ms 139. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 214., quorum 1. 2b. 42. 71—74. 115b—118. 138. 196—214 vacua sunt. Insunt:

Christoph. Arnoldi Electa ex Justino, Curtio, Floro et Suetonio.

Incip. *Memorabilia Justini* §. 1. *Rex Assyrorum Ninus* etc. Explic. *Ne forte etiam Hadriano. Deo sit laus.* — Scripta sunt haec excerpta a. 1632. per A. G. Christianum Fenningensem Palatinum.

XCII.

B G. (8) 68. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 36., quorum 1. 35 b. et 36 vacua sunt. Continentur:

Sebastiani Brückii Tubingens. Orationes et Poemata.

Incip. *Oratio Sebastiani Bruchi habita in Gymnasio Tubing. a. 1513. Nescio quo aufugiam* etc. Explic. *In posterum longius.*

IV.

CODICES GALLICI, GERMANICI,

DANICI ET ORIENTALES.

XCIII et XCIV.

B. S. Ms. 380. 381. fol.

Codex chartaceus saec. XV. vergente in Gallia scriptus, in fine mutilus, litteris initialibus rubris, duobus constans voluminibus, quorum prius folia habet 335., posterius 308. In illo vacua sunt foll. 2. 3. 244 b. 245—247. 273 b. 274. 334 et 335; in hoc foll. 1. 2. 40—44. 223—234. 247—267. 307 et 308. Tom. I. fol. 57 lacerum est et Tom. II. inter foll. 52 et 53 quatuor folia deesse videntur. Continetur:

Roman de Lancelot du Lac et du Roi Artus.

Titulus a manu recentiore scriptus haec habet: *Traité de l'histoire de France.* (!) Incip. *En la marche de gaule et de la petite Bretaigne auoit anciennement II. Roys qui estoient freres germains et auoient a fames II. sours germaines, li ungn des II. roys a nom li roys bans de benoic et li autres auoit nom li roys boors de gauues li roys bans estoit vilx homs et sa fame belle a merueille et moult estoit bonne dam et amiee de toutes gens Ne oncques nauoit eu enfant de lui fors I. tout seul qui valen̄ estoit et auoit nom en sous nom lancelot par autre nom ne lapellent nuls* etc. Explic. *Le Roy seiorna toute la semaine Car le lieu estoit biau.* — Cf. Brunet Manuèl etc. Ed. IV. T. III. p. 13. sqq. — Mélanges tirés d'une gr. bibl. VIII. 172. sqq. — Bibl. des Romans. Oct. 1775. p. 62, sqq. Juill. 1776. p. 90. sqq. — Th. Warton Hist. of Engl. Poetr. Ed. II. I. CXCI etc. — G. Haenel, Catal. 353. 429 et 892. — P. Paris, Les manuscrits fr. de la Bibl. du Roi. Paris. 1836. T. I. — Jahrb. f. wiss. Kritik. 1838. N. 38. p. 301. Fol. 4 a. possessor nomen suum adscripsit: Cs. Martin.

XCV.

B. S. Ms. 178. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 12., quorum 12 b. scriptura vacat. Continetur:

Discours de Mr. de Montesquieu dans: Laïs Philosophe. Avec la traduction allemande.

Incip. *Enchantée d'un entretien* etc. Explic. *Mr. de Montesquieu alloit sortir.*

XCVI.

B. S. Ms. 407. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. vergentis, inscriptionibus et litteris initialibus miniatis, notis passim in margine adscriptis, foll. 251., quorum 1. 20 a. et 150—251 vacua sunt. Rectae paginae plerumque scriptura vacant. Continetur:

Otfridi Liber Evangeliorum Theodisce conscriptus.

Incip. Dedicat. fol. 20b.: *Ludovvico Orientalium regnorū Regi sit salus aetña.* *L*(haec rubro picta sunt)*udouuig ther snéllo. thes uuisduames fóllo* etc. Fol. 22. sequitur epistola ad Luitbertum; fol. 26. dedicatio ad Salomonem Episc. et fol. 28. index capitum. Incip. textus fol. 29.:

Vuas liuto. filu. in flizie. in managemo. ágaleize
Sie thaz. in scrip'. gicleiptin. thaz sie iro. namon breittin etc.

Explic. (III. 20. v. 88. Ed. Graff. p. 238.):

Sie in thar tho rélitun. uuio sie in firnoman habetun.

Apographum est prioris partis Codicis Vindobonensis, quo Scherzius in editione Otfridi (Schilteri Thes. Antiq. Teut. vol. I.) usus est. — Vid. Hofmann, Fundgruben. I. 43—47. — E. G. Graff Diutisca. III. 2. et Krist etc. Praef. XV.

Pertinuit hic codex olim ad Jo. Schilterum.

XCVII.

B. S. Ms. 39. 12.

Codex membranaceus saec. XIII. membrana pulchra, accurataque et elegante litterarum forma descriptus, non ubique bene habitus, paucis vocum compendiis. Litterae initiales vel rubrae vel caeruleae vel vario colore exornatae sunt et quandoque earum pictura per oram ferme totam paginae excurrit, prima aurata et expicta. Constat foll. 162., quorum 1 et 162. chartacea sunt et scriptura vacant. Fol. 132. chartaceum a recentiore manu in lacunam supplendam scriptum est. Titulus priori libri operculo a recensiore manu adscriptus hic est:

Iwain von Hartmann von der Aue.

Incip. *Swer an rehte gůte*
Wendet sin gemůte.

Explic. *Iv niht gesagen were*
Vvan got gebe vns sælde von ere.

Fol. 90—92 recensior manus lacunam supplevit et scriba haec adnotavit: „*1531. 11. Sept. hab ich den defect erfilt aus eim alten buch. villeich vil falsch.*" Cf. Fr. H. v. d. Hagen u. J. G. Büsching Lit. Grundriss etc. p. 118. — Heidelb. Jahrb. 1816. p. 705. sqq. — Viri clarissimi G. F. Benecke et Carolus Lachmann in hujus carminis editione (Berol. 1827. 8.) codice nostro usi sunt et eum collaudant Lit. B. p. 3.

Fuit hic codex quondam in bibliotheca Spizelii, cujus emblema aeri incisum in priori libri operculo conspicitur. — Long. 4" 8"'. Lat. 2" 11"'.

XCVIII.

B. S. Ms. 497. fol. maj.

Codex membranaceus saec. XIII. vel XIV. ineuntis, ternis quaque in pagina columnis scriptus, litteris initialibus primae lineae cujusque columnae atro colore pictis; initiales singularum partium vel capitum modo caeruleo modo rubro, modo vario colore distinctae sunt; foll. 19. numerat. Continentur:

Fragmenta Carminis Epici ex Ciclo Fabularum Carolingensium. Medio belgice.

Carmen hactenus ineditum et quod ego quidem sciam, ignotum, in tres libros divisum fuisse videtur. Codex noster incipitur versibus 50. finalibus libri primi, tum sequuntur fragmenta libri secundi. Inter fol. 13 et 14. plura folia desunt.

Specimina haec adscribere operae pretium puto:

1) fol. 1 a. Col. 1.

Die verwortelde nijt
Diere ute en quam te gerer tijt
Hi sende oec vte alle dage
Ane sine vriende ende mage
Datsi en souden vergeten niet
Die grote scade ende dat verdriet
Dat hem ende heme mede
Die loreine te meneger stede
Ende te meneger stont hebben gedaen
Datsijt niet en laten gaen
Ende den kindren die van hem quamen
Hi en woude niet dat inde namen
Die grote veede entie sware
Die geduurt hebben vele iare
Want gelloene penst noch dathi sal
Sinen wille veruordren al
Nu latic hier van hem bliuen
Ende wille vort bescriuen
Van desen boeke dander partie
Derre boeke es altemale drie
Deerste boec die geet an
Daer dese veede eerst began
Ende hint der fromondijn
Bleef doet in die cluse sijn
Dese andre sal inden dats waer
Noch harde lange hier naer
Op Ritsarts boec yoens sone
Die harde stout was ende çoene
Dan sal dat derde ouerliden
Tote des keysers vrederijcs tiden
Dat seecht die jeeste diet heeft bescreuen
Nochtan es haer vele ontbleuen
Dat hemelijc getrouwic was
In die stat van bordeas
In sente seuerijns abbie
Heeft men gescreuen oyt ende ye
Dese veede altemale
Ende dat na dien rechte wale
In tween boeken leget daer
Die harde groet sijn ende swaer
Daer dat walsce vte es genomen
Daer dit mede vte es comen
Daer so leget in tlatine
Noch so doense grote pine
Dat si noch tallen tiden
Scriuen die orlogen entie striden
Die si iegerincs vernemen connen
Die iersten daer af begonnen
Nu laet ons god so geraken
Dat vdunke wale smaken. Amen.

Nunc incipit his lib. II. verbis:

Ware ystorien machmen horen
Gerne dat segic v te uoren
Want grote dachcortinge si
In waren ystorien geloues mi
Dat dese ystorien sijn waer
Dat so tonen ons oppenbaer
Walsce boeke ende latine etc.

2) fol. 9 a. Col. 1 et 2.

Otte heeft noch vort ontboden
Onder met brieue ende boden
In vrieselant om *berengiere*
Dies verblide harde sciere
Ende in vlaendren om *liedrike*
Den machtegen vorstre ende rike
Dus ontboet die mage sine
Otte die coninc van den rine
Banderside die stoute *garijn*
Ontboet oec die mage sijn
Tote in gascoengen henen
Ende *egiere* den coninc van den denen *)
Enten beyere *naimes*
Ende oec mede des sijt gewes
Van geneuen den graue *oliuier*
Ende van camerike *gadifier*
Dat si quamen te parijs
Te paeschen des sijt wijs
Die daer quamen gemeenlike
Oec quamen daer die coninc rike
Arestant ende *gendebant*
Dese vergaderden te hant
Te parijs in die stat
Tes coninx houe geloeft mi dat
Oec so was *aymerijn* daer
Van nerboene weet vorwaer
Ende sijn vader *arnout*
Een vrome graue ende een stout
Oec quam dermet *oliuiere*
Rolant sijn swager sciere
Dus sijn dese te parijs comen

*) „In aken hadde die keyser fier
Enen berchgraue ende hiet *egier*" (fol. 15a.).

Ende hebben hare herberge genomen
In greuen altemale
Daer si waren geherberget wale
Banderside quam *otte* daer
Ende *beringier* dat es waer
Tybaut van barcen [?] ende *liedrijc*
Van vlaendren een vorstre rijc
Ende te *gelloene* banderside
So quam geuaren tien tide
Sine grote mage weet wel
Daer quam *Raymont* ende *pinabel*
Ende mede die graue *bernaert*
Ende noch xx grauen waert
Daer quam van tolouse *pieroet*
Ende van cremoene *gyoet*
Dese twee waren weet vorwaer
Den loreinen harde swaer
Omdat vor bordeas twaren
Harer beider vadre waren
Verhangen dat *yoen* dede
Dese souden hen gerne wreken mede
Dus sijn die heren te houe comen
Die keser diese heeft vernomen
Heefse harde wel ontfaen
Ende sonderlinge ere gedaen
enz.

3) fol. 12b. Col. 2. 3. et fol. 13a. Col. 1—3.

Dus es gekeert die keyser coene *)
Ende es comen tote gelloene **)
Ende seide hem dat hijt daeran
Geensijns gebringen can
Datsi enege soene ontfaen
Here gelloene hi seide saen
Gerecht keyser ende here
Wat wildi watic doe mere
Ic bidde dat si bidden souden
Op dat si behouden wouden
Ritsarse [Ritsarte] haren neue gesont
Die lichte mach te deser stont
Hier vor alle sine mage
Laten wel sinen crage
Karel seide laet varen dit
Aldat selue dat gi nu bid

*) Carolus M.

**) Genelûne (Ganelon). „Le faus traitour, le felon.“ Chronique de Philippe Mouskes v. 6771. Coll. des Chron. Belg. publ. p. le Bar. de Reiffenberg. Brux. 1836. 4. p. 268.

Mochte vallen datsi bidden souden
Eer die campwaert op gehouden
Here seide gelloene doe
So siedere dan selue toe
Ende hulpt ons houden onse recht
Want ic hebbe oyt ende echt
Simpel ende onscalc gewesen
Ende noch so soekut in desen
Karel seide gi segt waer
Doe dede hi gebieden daer
Dat die knupen [?] souden striden
Doe saten si op in beiden siden
Rytsart heeft fyauwe *) bescreden
Dat starc was van dappren leden
Dies hi was blide in sinen sin
Ende lieter mede lopen in
Teersten was geport pyroet
Met enen spere starc ende goet
Daernaporde berengier
Mede als . 1. ridder fier
Maer op fyauwe quam Ritsart
Ende heeft ontmoet ter eersten vaert
Pyrote diene sere stac
Op den scilt en ware dat brac
Dat spere hi ware geuallen neder
Maer Ritsart geraecten weder
Op den bokel van den scilde
Weder hi wilde ocht en wilde
Hi voerden hem af altemale
Dat gelloene niet bequam wale
Maer also alse Ritsart leet
Heeftene ontmoet godweet
Op den scilt berengier
Sijn spere brac die graue fier
Ende ware leden daer mede
En ware dat daer ter stede
Ritsart sijn spere op hem brachte
Ende mede fyau quam inz crachte
Ende stac man ende ors ter neder
Ritsart toech sijn spere weder
Ende waenden neglen in die erde
Maer hi meste dat hem derde
Doch stachi hem te dien tide
Ene grote wonte in sine side
Die bloede vtermaten sere
Doch vercoeuerde ors ende here
Ende pyroet quam toe

*) Equi nomen.

Syn spere vertoech Ritsart doe
Ende heuet gerecht op pyrote
Ende quam op hem inz selken stote
Dat ors ende man beide
Neder vielen in die weide
Dies harde droeue was pyroet
Ende Ritsart die stoute genoet
Es comen ane berengiere
Si gingen hen onderhouwen sciere
Rechte alse twee lyoene
Si waren beide stout ende coene
Want sere wel street berengier
Hets recht het was . 1 . starc gier
Ende sloech menegen groten slach
Op Ritsart die hem wel vermach
Ende hem crachtelike werde
Ende recht als een leu geberde
Hi sloech berengiere weet wale
Op den helm van brunen stale
Dat cirkel bloeme ende stene
Vielen in dat plem gemene
Weet oec wel dat berengier
Hem werde als . 1 . ridder fier
haec leguntur: Diesen Alcoran (sic!) hat der sel. Herr General von Ziegler und Klipphausen, Erbherr auf Ober Cunewalde, letztens Commandant in Königstein, bei der Belagerung von Wien 1683 mit von den Türken erbeutet und solchen seinem damaligen Pfarrer Herrn Vatschild in Cunewalde geschenket. Hernach ist dieses Msctum auf seinen Eydam und Successor im Amt, Herrn Christoph Schlægern gekomen und auch nach dessen Tod per haereditatem auf mich Zachariam Adlern, Pred. u. Catechetus in Neu Kiep als des letztern Eydam. 1742.

DXCVIII.

B. G. (3) 57 b. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. char. neschi scriptus sed vocalibus destitutus, foll. 177., quorum 174—176 vacua sunt scriptura. Continetur:

Multeka (l-ebhor) i. e. confluxum marium. Arabice.

Est, ut cl. Vullers liberaliter mihi communicavit, compendium iuris Muhammedani ab auctore Ibrahim (Ibn Muhammed) Ibn Ibrahim Halebensi rogatu cuiusdam iuvenis studiosi oratione simplici et clara e libro Kudurii, El-Mochtar, El-Kenz et El-Wekajah (quae quatuor de iure Muhammedano opera κατ' ἐξοχὴν El-Kutub el-arbaah i. e. quatuor libri appellantur) deinde etiam ex El-Hedajah et Medschma-el-bahrein collectum. Libro praefixus est index capitum, a manu recentiori, ut videtur, adiectus. Margini et textui permultae adscriptae sunt explicationes et annotationes. Scriptor Ahmed ben Mahmud, cuius nomen in extremo codice legitur, librum absolvit a. H. 1086 Ch. 1675 in urbe Caesarea. — In fronte et fine codicis ab alio variae adiectae sunt definitiones, precationes et traditiones lingua turcica et arabica scriptae.

XIV.
MATHESIS. PHYSICA. SCIENTIAE NATURALES.

DXCIX.

B. S. Ms. 148. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. numerat. 301.; folium primum vacuum est. Continentur:

Collectanea Physico-mathematica.

Incip. *Architectura militaris. Noluit de eo scribere Bettinus* etc. Explic. *(Occultatio) Cassinus jun. projiciendi methodum satis perspicue describit.* — In vet. cat. hic liber ita designatus est: Architectura militaris.

DC.

B. S. Ms. 236. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 130., quorum tamen permulta scriptura vacant, quae singula enumerare longum esset. Continetur:

Rechenbuch.

Ita titulus. Incip. *Aigentliche Verzaichnues der vir Species in gannzen Zalenn sammt iren probenn durch Jo. Newdorffer geordnet A. D. 1552. Nurnberg. Folgen etzliche*

hüpsche exempl etc. Explic. *(Goldrechnung) Den karat für $3^3/_8$ fl.* — Fol. 94 aliena continet.

DCI.

B. S. Ms. 195. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 121., quorum multa vacua sunt vel aliena continent. Titulus:

Arithmetica oder Rechenkunst.

Incip. *Arithmetica oder Rechenkunst begreift in sich fünf species* etc. Explic. *Und nur 7 ins Haus geliefert.*

DCII—DCIV.

B. G. (3) 191—193. fol.

Codex chartaceus tribus constans voluminibus, quorum primum est foll. 129., alterum 96, et tertium 34; in quoque volumine multa folia et paginae aversae scriptura vacant. Titulus:

Liber turcicus (sic!).

In fronte libri celeb. Hezel haec adnotavit: „Lorschbach zu Herborn, der dies Manuscript eingesehen hat, versichert, dass es ihm durchaus ein Räthsel sey. Ich halte es für ein türkisches arithmetisches Werk, denn das ganze Ms. besteht aus lauter arabischen Ziffern." Coll. Vullers, de hoc codice rogatus, haec ad me perscripsit: „Beiliegendes Ms. besteht fast aus lauter arabischen Zahlen, die mit türkischen Wörtern und einzelnen Sätzen untermischt sind und Rechnungen zu seyn scheinen. Ich möchte es für das Rechnungsbuch eines türkischen Beamten halten. Es ist sehr unleserlich geschrieben." — Fol. 1a haec adscripta sunt: Bibl. Acad. Gissensi dono dedit Jo. Chr. Bielefeld, Consil. in sacr. Hass. supr. 1725.

DCV.

B. S. Ms. 582. fol.

Codex chartaceus a. 1718., foll. 18., cum uno vacuo ab initio et in fine. Continetur:

Idea collegii geometrici, 1718 die 20 Januarii incepta.

Incip. *Von Abmessung der winkelrechten Trianguln.* Explic. *Innerhab des Plases nicht nehmen kann. Finis.* Addita est scala qua auctor usus est „ad totam hanc ideam suffulciendam."

DCVI.

B. G. (3) 18. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 321., quorum multa scriptura vacant. Inest:

Der Uhren Kunst.

Incip. *Der Uhren Kunst Erster Theil. Was eine Uhr sey und wie sie berechnet werden könne* etc. Explic. *Zwischen den beyden Linealen fest angeschraubt.* — Fuit hic codex quondam in bibliotheca b. G. G. Schmidtii, celeberrimi Ludovicianae nostrae professoris.

DCVII.

B. G. (3) 10a. fol.

Codex chartaceus a. 1593—1595 scriptus, literis initialibus et inscriptionibus singulorum librorum vario colore pictis, foll. 151., quorum 1. 2b et 149b—151 scriptura vacant. Titulus:

Physiologia peripatetica ex Aristotele potissimum aliisque philosophis collecta et questionibus illustrata per Jo. Magirum D. Med. et Physices in incluta Cattorum Acad. Prof. Ordin. Inchoata 9 Jan. 1593, et fin. 27 Martii 1595. Scripsit Conradus Bachmann, Prof. Marpurg.

Incip. post praef. fol. 4: *Lib. 1. cap. 1. Physica est corporum naturalium scientia* etc. Explic. (*Lib. VI. De anima.*) *Vitam habentis potentia.* — Fol. 149a. Bachmannus haec adscripsit: *Caetera volens lubensque omisi, quia?* — Sequuntur tum notae variae de morte Magiri (22 Aug. 1596) et ejus scriptis.

DCVIII.

B. G. (3) 28. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. numerat. 232. Continentur:

Institutiones physicae traditae a M. Dan. Stahlio, in inclyta Salana Logices et primae Philos. Professore publico.

Incip. *De constitutione physices. Th. 1. Physica est scientia corporis naturalis* etc. Explic. *Ut se moveant vel quiescant.* — Scriptoris nomen fol. 1 legitur: Valentinus Strobelius Gothanus.

DCIX.

B. G. (3) 7a.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 224., quorum multa scriptura vacant. Titulus:

Original-Manuscripta derer Ost-Indianischen Sendschreiben welche in dem ersten Tomo des Musei Museorum verteutscht zu finden sind.

Incip. *Epist. 1. Aen de E^de Herbertus de Jager* etc. Explic. *Vrindt Jacob Roozeboom.* Epistolis addita sunt opuscula varia belgice, latine et italice conscripta ad historiam naturalem orientis spectantia. — Fuit hic codex quondam in bibliotheca M. B. Valentini, Prof. med. p. o. Gissensis.

XV.

CODICES MEDICI.

DCX.

B. S. Ms. 223. fol.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initialibus rubris, scriptura in duas columnas divisa, foll. 74., quorum 1. 66—70a. et 74 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—7a. *Introductiones et experimenta magistri Bartholomaei in practicam Hippocratis et Galeni.* Germanice.

Incip. *Alles das in deseme buche stet, daz ist alzu male versuchet und ist war. In dem ersten schall wir wissen daz ain iclich mensche von vir dingen gemacht ist* etc. Explic. *Et recedet veraciter. Explicit Bartholomei introductiones.*

b. fol. 7a. col. 2—19a. *Virtutes herbarum.* German.

Incip. *Sancte Ieronimus der vil heilige man* etc. Explic. *Et cohercet et sic est finis. Explicit virtutes herbarum.*

c. fol. 19b—24b. *Thesaurus pauperum et flos florum.*

Incip. *Is das dir dy har uss vallen so mache eyne louge von aschen* etc. Explic. *Et pone super combustionem.*

d. fol. 24b—31b. col. 1. *Varia ejusdem generis e. g. de morsu canis rabidi, de sanguine, de unguentis etc.* Germ.

e. fol. 31b. col. 2—44a. *Eadem, quae sub lit. a. hujus codicis recensita sunt.*

f. fol. 44b—47a. *Synonyma in apotheca „quibus nichil clarius est in medicina et in libris medicinalibus".* Lat. et Germ.

g. fol. 47b—48. *Registrum in materias quae hoc codice sub lit. a—e continentur.*

h. fol. 49—65. *De arboribus ac vineis et tr. de laudibus quercus et fructibus ejus, auctore Arnoldi de Villa nova.* Germanico.

i. fol. 70b—74. *Excerpta, ut videtur, ex libro medicamentorum, saec. XVI. conscripta.*

DCXI.

B. G. (3) 13a fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, litteris initialibus rubris, crebris vocum compendiis, foll. 231., quorum 228—231 scriptura vacant. Continetur:

Guilielmi Placentini Saliceto Summa conservationis et curationis.

Inscriptio: *In nomine domini nostri Jesu christi et matris ejus Virginis Marie ... Liber magni Guliermi placentini saliceto ... incipit qui summa conservationis et curationis appellatur.* Incip. *Horum autem que fiunt et possunt fieri* etc. Explic. *Confortatur ejus solucio.* *Subsc. Explic. liber iste totus Guilelmi placentini de saleceto ad laudem sumi et eterni dei papie Anno 1464 die 24 M. Novembris.* — Folio 1a. in margine inferiori haec leguntur: E bibliotheca Joannis Joachimi Schlanhovii Medici Kormatiensis Ordinarii. 1654.

DCXII.

B. G. (3) 42. fol.

Codex chartaceus a. 1765 et 1766. scriptus, foll. 81., quorum 26. 45. 51. 52a et 54 vacua sunt. Titulus:

Acta Collegii Medicorum Gissensium. Fasc. I—III.

Incip. *Actum d. 28 Dec. 1765 praesent. D. D. Baumer* etc. Explic. *Binnen einigen Wochen geholfen.*

DCXIII.

B. S. Ms. 177. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 106., cum duobus vacuis ab initio et in fine. Continentur:

Collectanea Gissensia, ut videtur, Heylandi de vulneribus lethalibus et non lethalibus.

Ita titulus a Senkenbergio scriptus. Incip. *Unsern freundlichen Gruss zuvor,.. Als Ihr uns eine Frage, beneben einer Beilage, worinnen die Beschaffenheit einer Wunden aufgesetzt* etc. Explic. *Schrift und Unterschrift bekennen. Giss. d. 10 Juny. 1693. M. H. D.* — Cf. F. W. Strieder Gr. z. e. Hess. Gel. u. Schr. Gesch. V. 371.

DCXIV.

B. S. Ms. 215a. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. vergentis, foll. 115., quorum 106b. 107 et 115 scriptura vacant. Continetur:

Arzneibüchlein. — Ita titulus a recentiore manu scriptus.

Incip. *Essentia carminativa. nim 1 Handvoll Wermuth* etc. Explic. *Gelindert im Leib und ergibt sich.*

DCXV.

B. G. (3) 120a. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. num. 581. Inscriptio haec est:

Receptir-buch.

Incip. *Cephalalgia. Hauptschmerzen. Rec. Mil* etc. Explic. *Cinam 3}. pro potu.* Tum sequitur index illorum, quae hoc codice continentnr.

DCXVI.

B. G. (3) 119a. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 212., quorum plura scriptura vacant. Insunt:

a. fol. 4—153. *Collegium formulare.*

Incip. *De formulis praescribendis in genere. Die praesc. form. ist ein pars medicinae* etc. Explic. *Zuweilen frisch aufzulegen.*

b. fol. 154—209. *Definitiones omnium praeparatorum in regno minerali contin. 1773.* Ita inscriptio. Incip. *De olibus in genere* etc. Explic. *Bis alles kalt ist.*

XVI.
CODICES PHILOSOPHICI.

DCXVII.

B. G. XVI. 66. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 83., quorum 31—35. 72b et 83b. vacua sunt. Continetur:

Parvulus Philosophiae.

Ita titulus. Incip. *Anotandum ex quo primus liber* etc. Explic. *In secula seculorum.* Foll. 79—83a. aliena habent. — Praecedunt illis haec typis descripta: 1. Commentum Johannis Versoris super Donatum. Col. 1490. 4. — 2. Regule grammaticales antiquorum... Col. p. Henr. Quentell. s. a. 4. — 3. Grammatica nova. S. l. et a. 4. — Fuit hic liber quondam in bibl. Eccl. S. Marci Butisb.

DCXVIII.

B. G. XV. 29. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et lit. initial. rubris, foll. 246., quorum 1. 2. 225 et 244—246 vacua sunt. Continentur:

Quaestiones metaphysicae.

Incip. (post tab. materiar.) fol. 3: *Questiones metaphysicae. Queritur circa principium librorum metaphysicae aristotelis* etc. Explic. *Benedictus in secula seculorum Amen. Subsc. Est finis duodecimi libri metaph. Amen.* — In priori libri operculo haec leguntur: *G. Byel. — Eccl. Butisb.*

DCXIX.

B. G. (3) 29 a. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 209., quorum 167 et 202b—209 vacua sunt. Continentur:

Institutiones metaphysicae.

Ita inscriptio. Incip. *Eorum qui primam philosophiam* etc. Explic. *Possunt esse absque lati forma.*

DCXX.

B. G. (3) 24 a. 4.

Codex chartaceus a. 1600. scriptus, foll. 199., quorum 1. 2b. 106b et 199b scriptura vacant. Titulus:

Commentariorum in Aristotelem Pars prima quae universam logicam complectitur.

Incip. *Disputationis prolegomenae de natura logicae Questio 1. De nominibus logicae* etc. Explic. *Nos ex integro committimus. Subsc. Anno s. n. 1600. 12 die Aug. Finis.* — Fuit hic liber olim in bibliotheca Lucae Matthiae Wetzflariensis, cujus emblema in anteriore libri operculo conspicitur, ubi haec leguntur: Lucas Matthiae Wetzflariensis, scripsit has quaestiones logicas ex ore et professione Domini Patris Joannis Breneysen in Collegio vel Scholis Jesuitarum Moguntinis circa annum 1600.

DCXXI.

B. G. (3) 23 a. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 404., quorum multa vacua sunt scriptura. Insunt:

Joannis Sturmii Partitionum Dialecticarum Libri IV.

Ita inscriptio. Incip. *Inscribuntur hi libri partitiones dialecticae* etc. Explic. *Quae certis et definitis philosophiae partibus explicantur.* — Prodiit typis descriptum hoc opus Argent. 1571. 8.

DCXXII.

B. G. (3) 51. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 456., quorum 1—7. 37. 80b—85. 262—265. 399a—406 et 430—456 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 8—80a. *Leonardi Bagnes Prima Dialecticae Rudimenta. Libri II.*

Incip. *Placuit hunc librum solidioribus institutionibus* etc. Explic. *Voti ei deponimus. A. M. D. G.*

b. fol. 86—429. *Ejusd. Disputationes logicae et physicae.*

Incip. *Cum logicae munus sit* etc. Explic. *Sect. 4. Quomodo distinguantur potentiae vitales inter se.* Fol. 1 possessor nomen suum adscripsit: *Henr. Steitz Stockstadto-Rhenanus.*

DCXXIII et DCXXIV.

B G. XV. 65. 66. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et lit. initial. rubris, duobus constans voluminibus, quorum prius foll. habet 312., posterius foll. 748.; in hoc foll. 1b. 2. 66—210b. 247b et 248 vacua sunt; in illo plura folia in fine desunt. Continentur:

Quaestiones ethicae.

Titulus non apparet. Incip. post tab. fol. 2: *Circa primum ethicorum queritur utrum* etc. Explic. *In secula seculorum Amen.* — Ex bibl. eccl. S. Marci Butisb.

DCXXV.

B. S. Ms. 528. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. luculenter scriptus, notis inter lineas et in margine adscriptis, pagin. numerat. 753., quarum 727—732 aliena habent. Continetur:

Johannis Bodini Colloquium heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis.

Incip. *Quod per literas a me petis, ut de mea peregrinatione* etc. Explic. pag. 726: *Summa vitae sanctitate tueretur.* — Tum sequuntur pag. 733—753 collectanea varia de vita, scriptis etc. Joan. Bodini. — V. Brucker, Hist. crit. Philos. IV. 2. pag. 779 sqq. Bayle, Dict. hist. et Allg. Encyclop. ed. Ersch et Gruber v. Jean Bodin.

DCXXVI.

B. G. (3) 48. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. exeuntis, pagin. numerat. 888. Continetur:

Johannis Bodini Colloquium Heptaplomeres De Abditis Rerum Sublimium Arcanis.

Ita titulus. Incip. *Liber 1 ad N. T. Quod per literas a me petis* etc. Explic. *Summa vitae sanctitate tueretur* (in marg.: *coleret.*) *Finis.* — Fol. 2 a. haec leguntur: Descriptum ex Codice Imman. Weberi, ICti et Procanc. Acad. Giss., ad oras vero collatum cum alio codice illustris viri Z. C. ab Uffenbach.

DCXXVII.

B. S. Ms. 129 4.

Codex chartaceus a. 1725. scriptus, collationibus ad marginem notatis, pagin. num. 523., praeter quatuor ab initio. Continetur:

Johannis Bodini JC. Colloquium Heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis descriptum anno 1725 manu H. C. S.

Incip. *Liber I. ad N. T. Quod per literas a me petis, ut de mea peregrinatione ad te scribam* etc. Explic. *(Lib. VII.) Summa vitae sanctitate tueretur. Finis.* — Fol. 1 a. R. C. de Senkenberg haec adnotavit: Colloquium hoc a B. Parente quantum conjectura assequi possum *) ex J. H. Maji, jun., codice, etiamnum Gissae in bibliotheca academica existente, descriptum est. Majus vero a Weberi, tum temporis Gissae Professoris munus obeuntis, codice sibi describi curaverat et cum Z. C. ab Uffenbach codice conferri, quae collationes et hic ad marginem notatae. Graeca in Majano exemplari omnia sat male habita, a B. Parente, graecae linguae, si rudimenta excipias, non gnaro, pejus adhuc descripta sunt. Cur vero Majus ipse jun., utpote graecae omniumque antiquarum linguarum professor, exemplar suum non ex Weberiano Uffenbachianove codice melius emendari curaverit, mihi fingere nequeo. Imo forsan ambo hi codices ipsi in graecis mendosi fuere, inprimis Weberianus ut qui in latinis mendosissimus appareat, quum Maio in suo exemplari a Weberiano descripto turpissima sphalmata ex Uffenbachiano

*) Falsam hanc conjecturam fuisse collatio docuit.

corrigenda fuerint, quae is ipse ad marginem copiae ab amanuensi ex parte factae, summa cum diligentia notavit. — Fol. 1b. codices Colloquii Bodiniani citantur 1: Gissens. 2. Helmstad. 3. Gotting. 3. Bini ap. Wienerum, olim eccles. Geraviensi praefectum Darmstadii. Addita sunt haec: a. „Carmen graecum p. 603 (p. 428 cod. nostri) Ms. Bodini occurrens ex versione adscript. correcturis Heynianis, Mitscherlichianis, codicibusque praeter Gottingensem Gissensi Helmstadiensibus atque meo quantum mihi pote restitutum. Acc. versio latina v. 11—17." Haec manu R. C. de Senkenberg scripta sunt. b. Epistolae duae celeberr. Heyne continentes correcturas suas et alia ad hoc carmen spectantia. c. Idem Carmen ex Cod. Helmstad., ut videtur, descriptum. Cf. Naumaan, Cat. p. 127.

XVII.
HISTORIA ECCLESIASTICA.

DCXXVIII.

B. S. Ms. 6. 12.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 100., quorum 1—8 et 66—100 vacua sunt. Insunt:

a. fol. 9—35. *Κανονες των ἱερῶν καὶ πανσέπτων ἀποστολῶν.*

Incip. *Κανων πρωτος Ἐπισκοπος χειροτνείσθω ὑπό ἐπισκόπων δύο η τριῶν* etc. Explic. *Καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν των ἀποστόλων.* — Typis descr. in Mansii S. Concil. Collect. I. p. 29—48.

b. fol. 36—53 a. *Κανονες τῶν τριακοσιων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων των εν Νικαία συνελθόντων* etc.

Incip. *Ἐι τις ἐν νοσῳ ὑπό ἰατρῶν* etc. Explic. *Ἀποδιδόναι τῳ Θεῷ.* — Ibid. II. p. 668—677.

c. fol. 53—65. *Κανονες των εκατον πεντεντα ἁγίων πατέρων εν Κωνσταντινουπόλει συνελθοντων* etc.

Incip. (*Ταδε*) *Ὡρισαν οἱ εν κωνσταντινουπολει χαριτι Θεου συνελθόντες* etc. Explic. *Καὶ τότε αὐτοὺς βαπτιζομεν.* — Ibid. III. p. 558—564. — Fuit hic codex quondam in bibliotheca Camerariorum et Chr. Arnoldi, ut Senkenbergius fol. 1 a. adnotavit.

DCXXIX.

B. G. (3) 80. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 113., quorum 1. 21—25. 44. 45. 74. 75. 113 et plures paginae aversae vacuae sunt. Continentur:

Zera-Jacobi, sive Constantini Epistolae ad Congregationem Aethiopum, quae est Hierosolymae. Aeth. et lat. manu J. H. Maii sen. exaratae. Adjunctae sunt Schedae variae Aethiopicae, Hebraeae, Arabicae etc.

Incip. *Epistola Zera-Jacobi R. Aeth.* etc. Explic. *Mortuos. Mecet ihn.* In calce octo foll. min. formae varia arabica contin. — Cf. Jobi Ludolfi Historia Aethiopica. Lib. III. cap. IV. pag. 31. et addit. p. 301. sqq.

DCXXX.

B. S. Ms. 607. fol.

Codex chartaceus saec. XVII., mutilus, foll. 39., quorum 1. 26b. 38b et 39 scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 2—29 a. *Acta Concilii ann. 1215 habiti.*

Incip. . . *quibuscunque nominibus censeantur* etc. Explic. *Ipsos subjacere decrevimus.* — Notat Senkenbergius fol. 2: Ex cod. Gissensi qui Decretalium Collectionem Bernardi Papiensis in fronte gerit; quam haec acta sequuntur. Desunt autem his actis quaedam usque ad vocem quibuscunque. Nec accurate satis omnia scripta, uti videre est lin. sexta, ubi vox deest. Itidem linea quinta dampnator loco dampnatorum in codice scriptum est.

b. fol. 30—38 a. *Öttinger Freiheiten und Statuta betr. de a. 1301. „NB. Aus dem Öttingen Wallersteinischen.“* Haec a H. C. de Senkenberg adscripta sunt.

Ita inscriptio. Incip. *Otting. Merz bevehl. Soll ess verkunden* etc. Explic. *Als will ich anstatt und von wegen . .*

DCXXXI.

B. S. Ms. 494. fol.

Codex membranaceus saec. XV. scriptus, vocum compendiis pluribus, litteris initialibus modo rubris modo atris rubro adpictis, inscriptionibus iis litteris, quas Fractur appellamus, exaratis, notis et emendationibus ad marginem adscriptis, corio rubro coopertus, foll. numerat. XI et 140. Fol. 1—127. priscis numeris notata sunt. Fol. I. II. III b. IV. V a. IX. X. XI et 135—140 scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 1—127. *Romanorum Gesta Pontificum, Indulgentiae, Bullae variae, Constitutiones Benedicti XI. Johannis XXII. Clementis VI. Innocentii VI. aliorumque summorum Pontificum.*

Incip. post indicem contentorum (fol. V b—VIII) fol. 1.: *De Privilegiis Domini Nostri pape scribendis. Norma scribendi* (haec litteris majusculis exarata sunt) *privilegium commune talis est. Nomen pape debet esse de grossis litteris* etc. Explic. *(De Pensionibus. Nicolaus etc. Ad fut. rei mem. Detestabiles aliquorum etc.) Dat. Rome apud S. petrum a. incarnationis dm. MCCCCXLVIII nono kl. Augusti Pontif. nostri anno secundo.*

b. fol. 128—134. *Provinciale omnium ecclesiarum catholicarum universi orbis.*

Incip. *In civitate Romana sunt quinque ecclesiae patriarchales et sunt hee* etc. Explic. *In provincia durachiensi. B. Gradenus manu propria. Explicit provinciale.* Fuit hic liber olim in bibliotheca Guilielmi B. de Crassier Leodii, cujus nomen (G. B. de Crassier emit 1715) in priori libri operculo legitur. Long. 11″ 1‴. Lat. 8″ 3‴.

DCXXXII.

B. S. Ms. 601. fol.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XIV., XV et XVIII exaratus, foll. 59., quorum 45 b et 59 b scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 1—24. *Eugenii Papae Bullae XVII. ab ann. 1431 ad ann. 1437.*

Incip. *Eugenius etc. Ad perpetuam Rei memoriam. In qualibet monarchia tam ecclesiastica quam mundana ad honorem dei* etc. Explic. *(Bulla XVII. Inter curas multiplices etc. 1437.) D. Cardinalis Aprutīn.* — Fol. 24 b. habet initium Bullae Papae Pii. — Fuit hic codex quondam in bibliotheca Guil. B. de Crassier Leodii, ut ex schedula inserta et manu sua scripta conspicitur.

b. fol. 25—45 a. *Formularia.* Germanice. Primà folia desunt.

Incip. . . . *Ain Freybrief över alle guter. Wir Albert etc. bechennen und tun chund offenlich* etc. Explic. *(Als der herzog sein leuten und purgern ire Recht und*

gut gewonhait bestet und vernewt mit seinem brief.) Wier an samlztag nach Johannis CXXX. Deo gratias Laus. Fol. 25 a. haec adscripta sunt: *Diss buch ist geschriben ao. 1300 alss Albertus I Keisser war.*

c. fol. 46—59 a. *Index Librorum (seu Partium) Candelae Jarlandi Crisopolitani Sancti Pauli Scolarum Praeceptoris.*

Incip. *Prima pars continet de Deo* etc. Explic. *Diu conservare dignetur incolumem.* — Haec recentiore manu scripta sunt.

DCXXXIII.

B. S. Ms. 64. 4.

Codex chartaceus saec. XV., literis initialibus modo rubro modo atro distinctis, foll. 73., quorum 1. 2 a. 3. 11. 20 b. 24 b. 58 b. 60 b. 66 b. 73 vacua sunt. Continentur:

Scripta ad historiam ecclesiasticam spectantia.

1. fol. 3—10. Bulla Papae Pauli instituens diversos conventus in Diocesi Monasteriensi sub regula s. Augustini, praesertim illum prope Northorn. 1467. 10 Kal. Decemb. Apogr. — 2. fol. 12—15. Bulla Papae Pii ejusd. tenoris (1462.). Acc. Regulae quaedam ad hunc ordinem spectantia. — 3. fol. 16—17. Literae duae concernentes congregationem clericorum in platea dicta de Grinstrate Lovanii. 1435. — 4. fol. 18—24. De potestate papali ex decret. — 5. fol. 19—20. De vita communi congreg. clericorum Daventriens. et Twoll. 1416. — 6. fol. 21—23. Processus judicialis contra Matthaeum Grabau Ord. predicat. — 7. fol. 25—28. Scripta pro Swedero de Culenborch et contra Redulphum diepholt et Transysselanos. — 8. fol. 29. De interdicto. — 9. fol. 30—32. Exhortatio S. Theol. facultatis studii Colon. ad Coenob. — 10. fol. 33—35. Statuta synodalia vetera. — 11. fol. 36—58 a. Bulla et Epist. conventum reg. Windsheim concernentes. — 12. fol. 59—60. Pro causa Sancti Augustini doctoris ecclesie sancte. — 13. fol. 61—66 a. Eusebii Conradi Mediolanensis Canonici regularis congreg. lateran. Brevis annotatio in errores scribentium S. Augustinum fuisse heremitam.

DCXXXIV.

B. S. Ms. 495. fol.

Codex chartaceus saec. XVI. in Italia elegantissime scriptus, argumentis in margine notatis, foll. 109., quorum 1 a. 3—6 et 106 b—109 scriptura vacant. Continentur:

Collegii Secretariorum Apostolicorum Erectio, Privilegia et Statuta; descripta per Bened. Lomellinum.

Incip. fol. 7: *Innocentius Episc. servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum* etc. (Pertinet ad ann. 1487). Explic. (Forma juramenti praestandi p. officiales in man. defens.): *Sancta Dei evangelia.* In priori libri operculo haec scripta sunt: *Privilegia Collegii Secretariorum Pontificum Romae.* Fol. 2. habet haec: „Nomina, cognomina et patria R. P. D. Almi Collegii Secret. Apostol. in dicto Collegio existentium I. Decembr. MDLI. qua die ego B. Lom^{s} (nempe Benedictus Lomellinus) admissus fui inter illos.“ (Incip. ab ann. 1530 et desinit a. 1555.).

DCXXXV.

B. S. Ms. 94. fol.

Codex chartaceus saec. XVI. eleganter in Italia, ut videtur, exaratus, foll. 299., quorum 1 et 291—299 scriptura vacant. Continetur:

Praxis Romanae Curiae diplomatum omnium solutiones explicans ac diuturna observatione peritorumque traditionibus, summo studio ac integra fide ad communem utilitatem collectae per dissertissimum et nunquam satis laudatum Gregorium Epiphanium Florentinum. Hieronimus Tirannus Gallus Illmi Ducis Urbini apud S. B. H. Orator Augustinum somnium evitare cupiens supra jocose scripsit.

Ita titulus. Incip. *Officii della Corte di Roma et Monti. Settembre 1561.* etc. Explic. *Nec in formis quia non leguntur in suo banco.*

DCXXXVI.

B. S. Ms. 93. fol. maj.

Codex chartaceus saec. XVIII. ineunte exaratus, foll 138., quorum 1. 137 et 138 vacua sunt. Titulus:

Taxa omnium metropolitanarum et cathedralium Ecclesiarum nec non Monasteriorum omnium consistorialium in libris Camerae et Cancellariae Apostolicae taxatorum totius superioris et inferioris Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Istriae, Albaniae, ac Mantuae et Montisferrati, nec non aliorum omnium Dominiorum, in quibus sacra caesarea majestas potest habere jus nominandi ad metropolitanas et cathedrales Ecclesias, nec non Monasteria praefata consistorialia cum suis expensis distinctis unicuique ex Metropolitanis, Cathedralibus ac Monasteriis praedictis regulatis fideliter ab eorum taxa, in quibus etiam est computatum honorarium seu munus debitum pro expeditione juxta stylum Romanae Curiae, quae expensae sunt expressae in Ducatis auri de Camera, postea in Scutis monetae romanae, demum in florenis monetae superioris Germaniae, ordine alphabetico descriptae..

Fuit hic codex quondam in bibliotheca Archiepiscopi Comitis de Trautson. Notat Senckenbergius: Auctorem non novi; fuit tamen haud dubie Romanorum aliquis hic (Viennae) commorans. Solvi autem eum meo aere 10 florenis Rhen. 1758. Inservit notitiae Curiae Romanae hodiernae et ab auctore harum rerum perito conscriptus. — Acced. Ms. foll. 4, cui titulus est: Dichiaratione sopra il libro Manuscritto fatto per sua Altezza reverentissima Monsignore Vescovo di Vienna, Prencipe del S. R. I. e Consigliero di Camera di sua Maestà Cesarea.

DCXXXVII.

B. S. Ms. 1. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. eleganter exaratus, foll. 169. Continentur:

Conclavi de' sommi Pontefici Innocentio X et Alessandro VII.

Inscriptiones singulorum contentorum hae sunt

a. fol. 1—89. *Conclave nel quale fu creato Pontefice Innocentio X., che dicono sia del Card. Spada.*

b. fol. 91—118. *Dell' istesso che si crede composto del Card. E. Alberoni.*

c. fol. 120—153. *D'Alessandro VII parimente supposto del Card. Spada.*

d. fol. 154—161. *Del medesimo d'incerto.*

e. fol. 162—168. *Dell' istesso d'incerto.*

Incip. fol. 1. *Ho dubitato un pezzo* etc. Explic. fol. 168: *Alderano Cibo da Massa.* Fol. 169: *Indice.*

DCXXXVIII.

B. S. Ms. 6a. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. ineunte satis eleganter exaratus, foll. 145, quorum 1 et 145b scriptura vacant. Continetur:

Conclave fatto per la morte di Innocenzo XII., in cui fu eletto Pontefice il S. Card. Giov. Fran. Albani, che prese il nome di Clemente XI.

Incip. *Appena giunto l'avviso in Frascati ed in Albano* etc. Explic. *Ogni sua compita felicità.*

DCXXXIX.

B. S. Ms. 15. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 94., quorum 1 a. 53. 69 b. 70 b et 94 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—42. *Relatione della Corte e Governo di Roma e de Riti Ordini e Precedenze che in essa si osservano.*

Incip. *Il sommo Pontefice ha* etc. Explic. *S. Laurentii extra muros.*

b. fol. 43—52. *Entrate della Chiesa con le Provisioni che paga N. Sig. a Cardinali, a Nuntii, alli Suizzari etc.*

Incip. *Le Doghane di Roma* etc. Explic. *A nominazione della Comunità.*

c. fol. 54—69. *Conclave di Papa Urbano VIII.*

Incip. *L'Imperio che da infiniti secoli* etc. Explic. *In ottima salute.*

d. fol. 70—93. *Axiomi o Ammaestramenti politici cosi per parole universali della dottrina politica come fondamentali alla Monarchia di Spagna del Campanella.*

Incip. *Nissuno domina a se solo* etc. Explic. *I Grisoni e li Suisseri.* — Fol. 2 b. possessor nomen suum adscripsit: *Giov. Federigo Vischer di Rampolsdorf. 1662.*

DCXL.

B. G. (8) 117 a. 8.

Codex membranaceus saec. XIII., litteris initialibus rubris et caeruleis, scriptura eleganti in duas columnas divisa, lineis stilo ductis, foll. 220., quorum 5 a. et 212 scriptura vacant. In fine mutilus. Continetur:

Legenda aurea Sanctorum per Jacobum de Voragine sive historia longobardica.

Incip. fol. 5 b: *Incipit prologus Universum tempus pereuntis vite in quatuor distinguitur partes* etc. Explic. *Egregius plane titulus dignitatis et comentatio honoris immensi.* Foll. 1—4 manu recentiori scriptis continentur: *a. De Sancto Sigismundo. b. De Sancto Erasmo.* Long. 6″ 1‴. Lat. 4″ 2‴.

DCXLI.

B. G. XV. 89. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et lit. initial. rubris, foll. numerat. 288., quorum 1. 2 et 288 vacua sunt. Titulus:

Petri Lombardi Vitae Sanctorum.

Incip. *Universum tempus huius vite* etc. Explic. *(D. S. Wigberto) Auribus ejus consonavit.* — Fuit hic codex olim in bibl. Cap. Eccl. S. Marci in Butzbach.

DCXLII.

B. S. Ms. 220. fol.

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, in duas columnas divisus, rubris inscript. et

initialibus, foll. 110., quae priscis numeris notata sunt, praeter calendarium, novem foll. continens. Titulus:

Der heiligen leben lumbartica historia zu dutschen das Ist von den heiligen die do fallent von sancte Andres tage vntz an sant Johans tage des töffers und zu dem ersten von dem Advent. Itzt geschriben eine vor Rede hie noch.

Incip. prol.: *Die ganze zyt zergenglichen lebens wirrt in fierteil mit underscheit geteilet* etc. Explic. prol.: *Nach dem lauffe des Jores CCCC.* Incip. textus: *Von dem Advent. Es sint vier wochen des advents* etc. Fol. 3b. *Von Ste Andres leben. Andres ist als viel gesprochen* etc. Explic. *(Die Kirchen Wihunge) Und der heilige Geist. Amen.* — Fuit hic liber quondam in bibliotheca Jo. Schilteri, cujus nomen fol. 2a. legitur.

DCXLIII.

B. S. Ms. 18. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. (1616)., paginar. numerat. 106. Continetur:

Vita Beati Liudgeri Monasteriensis Ecclesiae Protoepiscopo per Alfridum Tertium ibidem Episcopum conscripta.

Ita titulus. Incip. *Genealogia S. Liudgeri Frisii Wrsingus Ado* etc. Explic. *Et pascua propriis colit sumptibus. Finis.* Subscripta haec sunt: *Tadonis Layci opera usus fideli.* Tum sequitur index rerum memorabilium, in cujus fine haec leguntur: *A. 1616. Pietas tutissima virtus. P. V. Albada.*

DCXLIV.

B. G. XV. 42. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et lit. initial. rubris, foll. numerat. 320. Continentur:

Tractatus varii de Religiosis et Monialibus.

Incip. *In nomine domini nostri* etc. Explic. *Fueris observatrix. Deo gracias.* — Singula quae hoc codice continentur, haec sunt: 1. Oculus religiosorum. — 2. Dialogus de temptationibus et consolationibus claustralium. — 3. De perfectione Religiosorum. — 4. De vita spirituali. — 5. De receptione monialium. — 6. De modo reformandi religiones. — 7. De causis deviationum religiosorum. — 8. Quaestiones morales pro religiosis et saecularibus. — 9. De excellentia ordinis Carthusiensis. — 10. De auctoritate ligandi et solvendi Carthusiensium. — 11. De approbatione Ordinis Carthus. — Ex bibl. Cap. eccl. S. Marci Butisb.

DCXLV.

B. S. Ms. 219. fol.

Codex chartaceus a. 1676., foll. 58., praeter duo vacua in fine. Continetur:

Regula Sancti Benedicti Latino-Germanica, diligentissime descripta ex Manuscripto Bibliothecae Sancti Galli in Helvetia Anno 1676. — Ita inscriptio.

Incip. *Cap. 1. §. 1. Ausculta fili precepta Magistri et inclina aurem cordis tui* etc. *O Sun lass uns hör die gebot dinss Maisters und naig das or dinss hertzen* etc. Explic. *(Cap. LXXIII) culmina deo protegente pervenies. Amen. Der wir davor millere gedacht haben. Amen. Explic. Reg. Sti. Benedicti.*

DCXLVI.

B. G. XVI. 44. 4.

Codex chartaceus saec. XV. eleganter scriptus, inscript. et litt. init. rubris, foll. 141., quorum 1—3. 18. 19. 140b et 141 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 4—17. *Fratris David Speculum monachorum.*

Incip. post tab. et prol. fol. 4: *Primo considerare debes* etc. Explic. *Vivit in eo. Amen.*

b. fol. 20—140a. *Ejusdem Praefectus Religiosorum in libros II distinctus.*

Incip. *Collationes meas quas pro exhortatione ad novicios* etc. Explic. *Dominus concedat. Amen.* Tum sequitur tabula. — Ex bibl. Cap. Eccl. S. Marci Butisb.

DCXLVII.

B. S. Ms. 7. 12.

Codex chartaceus saec. XVII. ineunte scriptus, foll. 337., quorum 1—4. 5b. 9b et 334—337 vacua sunt. Titulus:

Ordinarium Cartusiense continens novae collectionis Statutorum ejusdem ordinis partem primam. 1617.

Incip. post indicem fol. 10: *Cap. 1. De divisione et multiplicitate divini officii deque festo solemni. Officium canonicum* etc. Explic. *Ad sedem suam revertitur. Subsc. Explic. Ordinar. Cartusiense.*

DCXLVIII.

B. S. Ms. 461. fol.

Codex chartaceus saec. XVII., pag. numerat. 127, praeter foll. tria ab initio et duo in fine quae vacua sunt. Continentur:

Statuta vetera et nova tum Canoniae ad Sanctam Dorotheam Viennae tum et Canoniae ad B. Mariam Virginem in Tyrnstein juxta regulam S. Patris Augustini instructa atque a praefatis duabus canoniis pro conservatione disciplinae relig. ac observanthae regularis olim recepta et acceptata.

Ita titulus. Incip. *De statutis veteribus. Cap. 1. de Novitiorum inductione. Quando inducendus est novitius* etc. Explic. *Et misericors dominus. Resp. Amen.* Tum sequitur index contentorum.

DCXLIX.

B. S. Ms. 27. 8.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 69., quorum 1—3. 68 et 69 vacua sunt. Inest:

Instruzione a i Principi della maniera con la quale si governano li Padri Gesuiti, fatta da persona religiosa e totalmente spassionata.

Incip. *Che la religione de' Padri Gesuiti* etc. Explic. *Sia discacciato della società. Il fine.* Tum sequitur „Sonetto di G. Lubrani contro i Padri Gesuiti“.

DCL.

B. S. Ms. 34. fol.

Codex chartaceus saec. XVI. exaratus, foll. 404., quorum plura vacua. Continentur:

Scripta maximam partem historico-ecclesiastica.

1. fol. 3—60. De translatione concilii Basiliens. — 2. fol. 61—71. Concordantiae Germ. Nation. in Concil. Constantiensi. — 3. fol. 72—73. Articuli propos. in concilio

Gallicano in civitate Turonensi die 26 Octob. anni 1511. — 4. fol. 75—77. de Hutten, Exhortatio ad Principes. 1518. — 5. fol. 79—81 a. Gregor. Heymburg contra papam Innocentium. — 6. fol. 81 b—83. Oratio hab. in concil. Norimberg. contra Thurcos (!). — 7. fol. 84—87. Copia summae declarationis contra Sigismundum, Archiducem Austriae. — 8. fol. 88—97. Historia Caroli M. compendiosa. — 9. fol. 98—100. Bulla contra Notarios. — 10. fol. 102—104. Regula Sororum de penitentia Magdal. — 11. fol. 106—115. Testamentum Archidiaconi Leodicens. — 12. fol. 116—119. Privilegium Fratr. et Soror. Ord. Sti Francisci de tertia regula. — 13. fol. 123—126. Pro fratribus de cellis seu voluntar. pauperibus. — 14. fol. 129—134. Erectio Clausae apud St. Martinum Spirae. — 15. fol. 135—136. Erectio predicaturae in Novacivitate. — 16. fol. 140—152. De telonio in civ. Spirensi, latine et germanice. — 17. fol. 152—404. Varia documenta etc. ad historiam Spirens. Wormat. Coloniens. etc. spectantia, quorum index fol. 1 et 2 a. — Fuit hic codex olim in bibliotheca Uffenbachii, cujus emblema in operculo anteriori conspicitur; in Catalogo Mscpt. Uffenbach. hic liber non designatus est.

DCLI.

B. S. Ms. 493. fol.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. ab ipso librario numeris consignatorum 64., quorum 3b. 16. 19. 50—52. 54b et 64b. vacua sunt. Continentur:

Acta Conventus Schmalcaldensis. A. 1540. Ita titulus. Singula autem, quae hoc volumine continentur, haec sunt:

1. fol. 1—3. Der Theologen zu Wittembergk Antwort, von wegen Berathschlagung der Religion Sachen. 7 Jan. 1540. — 2. fol. 4—5 a. Des Churf. zu Sachsen Herzog Johann Friedrich Schrift an D. Martin Luther. Weimar. Freitags nach Fabian u. Seb. 1540. — 3. fol. 5b—13. Epistola Theol. Wittemb. ad Theol. Norimb. c. responsione. — 4. fol. 14—15. Martini Lutheri Epistola ad Ph. Melanchthon et ejus responsio e conventu Schmalkaldensi. — 5. fol. 17—49. Bedenken von der Lahr, von eusserlichen nötigen Ceremonien und von eusserlichen mitteldinger, die man nennet Adiaphora. Incip. *Gottes gnad durch unsern Herrn Jhesum Christum.. Nachdem uns bevohlen zu erwegen so eine Vergleichung fürgenom̃en würde, welche Artikel zu streiten* etc. Explic. *In der Fehrlichkeit und Leiden stecken. Martinus Luther. Justus Jonas. Johannes Buchenhagen. Caspar Creutziger. Philippus Melanchton. Friderichus Miconius. Niclas Armsdorf. Erasmus Sarretius. Joannes Amsterdamus. Nicolaus Scheibel. Balthasar Rhoidus. Martinus Butzerus. Antonius Corvinus. Johannes Kymeus.* — Autographa. — 6. fol. 54—60 a. Der gelerten bedenken der kirchengueter halben 1540. Eadem subscriptio, sed apogr. — 7. fol. 60 b—62. Decretum Synodi Schmalkald. contra Schwenkfridium. 1540. — 8. fol. 63—64. Epistolae duae D. Caspari Crucigeri ad Frid. Myconium. D. Schmalkaldiae. 1540. Apogr.

XVIII.
CODICES SCRIPTURAE SACRAE.

DCLII.

B. S. Ms. 216. fol.

Codex membranaceus saec. XIII. in membrana tenuissima exaratus, scriptura in duas columnas divisa, lineis stilo ductis, rubris caeruleisque inscriptionibus, litteris initialibus

modo rubris modo caeruleis, illis singulorum librorum artificiose auratis et vario colore distinctis. Continet foll. 404., quorum 313b. scriptura vacat. Ligatura est antiqua et ex utroque latere quatuor aurichalceis laminis munita. Titulus hic est:

Biblia latina vulgatae versionis.

1. fol. 4a—270a. Testamentum vetus: Gen. Exod. Lev. Num. Deut. Jos. Jud. Ruth. Reg. Paralip. Parabolae. Eccles. Cant. Lib. eccles. Job. Tobia. Judith. Esther. Esra. Maccab. Ezech. Daniel etc. Isaias. Jeremias; 2. fol. 270—355. Testamentum novum hoc quidem ordine: Pauli Epist. ad Rom.; ad Cor.; ad Gal.; ad Ephes.; ad Philip.; ad Colos.; ad Thessal.; ad Timoth.; ad Tit.; ad Philom.; ad Hebr.; Act. apost.; Epist. Jacobi; Ep. Petri; Ep. Joann.; Apocal.; IV. Evangelia (fol. 314—355); 3. fol. 355a—358a. Liber Baruch.; 4. fol. 358—404. Index alphabeticus et explicatio vocum Hebraic. in bibliis usitatarum. Praemittuntur versioni (fol. 1—3) Epistola Sancti Hieronimi ad Paulinum de omnibus sacrae scripturae libris et ejusdem prologus in Pentateuchum. Incip. *In principio creavit Deus celum* etc. Explic. *Consiliatores eorum.* Addita sunt verba: *Dominus dedit dominus abstulit sicut domino..* — Pars ultima codicis (fol. 314—404.) manu diversa scripta esse videtur ab illa quae cetera hujus codicis pinxit. Fol. 1. in marg. legitur: *Monasterii sancti Joannis in Seytz. Ordinis Cartusiensis.* — Cf. Hirsching, Vers. etc. IV. 248. Long. 12' 3'''. Lat. 8'' 1'''.

DCLIII.

B. G. XV. 2. fol. max.

Codex chartaceus saec. XV., scriptura in duas columnas scissa, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, singulorum librorum etiam vario colore distinctis et auro argentoque ornatis, quarum multae tamen manu proterva exsecatae sunt: ligatura antiqua, insignis ornamentis ex aurichalco factis. Folia habet 476., quorum 1—3a. 360 et 471b—476 scriptura vacant. Foll. 71. 72. 84 et 93 lacera sunt. Inest:

Biblia latina cum prologis Hieronymi et interpretatione nominum proprium.

Incip. *Expositio super vetus et novum testamentum. Desiderii mei etc.* Fol. 18. incip. *In principio creavit* etc. Explic. *Cum omnibus nobis Amen. Subsc. Explic. liber apocalipsis.* Fol. 438b. sqq. habent interpret. nom. propr. Foll. 468—471. aliena continent. — Fuit hic codex quondam in bibliotheca Cap. Eccles. S. Marci in Butzbach.

DCLIV.

B. G. (8) 94. 4.

Codex membranaceus saec. XV vel XVI., ab utraque extremitate duobus baculis circumvolutus, charactere quadrato scriptus et vocalibus destitutus. Continetur:

Integer Veteris Testamenti Liber, qui inscribitur Esther. Hebraice. Long. 61'' 6'''. Lat. 7'' 2'''.

DCLV.

B. S. Ms. 8. 12.

Codex membranaceus saec. XIII. elegantur scriptus, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, aliquibus etiam in initio singulorum psalmorum vario colore distinctis et auratis, foll. 242., quorum 240b vacuum est. Fol. 1. 2. 241 et 242 chartacea sunt et scriptura vacant. Manipuli octonorum litteris notati sunt. Titulus:

Psalmi Davidis et Orationes.

Incip. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum* etc. Explic. fol. 236: (*Ps. 147 20.*) *Et judicia sua non manifestavit eis.* *Subsc.*: *Gloria patri et filio* etc. Tum sequuntur orationes etc. manu recentiori conscriptae. Long. 3″ 2‴. Lat. 2″ 5‴.

DCLVI.

B. G. XV. 97. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, notis in margine adscriptis, foll. 299., quorum 299 b vacuum est. Continetur:

Psalterium latinum cum Commentariis.

Incip. *Beatus vir qui non abiit* etc. Explic. (*Comm. in Ps. CXXXVIII*) *Benedictus in secula seculorum. Amen.*

DCLVII.

B. G. XV. 51. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et lit. initial. rubris, foll. 299., quorum 91 b. 97 et 299 b vacua sunt. Continetur:

Psalterium latinum cum expositione Nicolai de Lyra.

Incip. *Beatus vir qui* etc. Explic. *Vivit et regnat. Amen.* Fol. 2—91. Psalt. lat. c. notis interlinearibus. — Fol. 98—299. Glossa Nic. de Lyra. — Fol. 92—97. Anonymi Tr. de vita religiosorum insutus est. Incip. *Ecce quam bonum* etc. Explic. *Alios religiosos . . Finis huius . . .*

DCLVIII.

B. G. (3) 93. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 394., quorum plura vacua sunt. Continentur:

Varia theologica Jo. H. Maii sen.

Insunt in hac collectione: 1. Praelectiones in Canticum Cantic. et Prophet. minores ex B. G. Zangii Ms. descriptae, fol. 1—109. 2. Paraphras. in Cohelet. fol. 110—122. 3. Paraphrasis in priorem S. Petri Ep. et in secundam fragmenta, fol. 126—192. 4. Quaestiones in varios Psalmos. Germ. fol. 193—296. 5. Theologia mystica, fol. 297—359. 6. Collegium pastorale a. 1718 seq. habitum, fol. 360—371. 7. Das schuldige Dankopfer der evang. Kirche für die durch das Reformat. Werk Luthers erwiesene Wohlthat. 1717. fol. 376—393.

DCLIX.

B. G. (3) 24. fol.

'Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ. Novum Testamentum, ex Regiis aliisque optimis editionibus cum cura expressum. Amstel. Elzevir. CIↃ IↃC LXX. 12.

Adjecta est charta in folio cum plurimis annotationibus J. H. Maii sen., quibus usus est Maius jun. in suis Observatt. sacris ad diversa utriusque Testamenti loca. Ed. II. Francof. 1716. 8.

DCLX.

B. G. (3) 31. fol. min.

Codex membranaceus saec. XIII., in membrana subtili elegantissime exaratus, formae fere plane quadratae, et ob nitorem cum scripturae tum picturarum pretiosissimus, litteris initialibus auro, argento et variis coloribus distinctis, illis etiam singulorum versuum aureis, lineis stilo ductis, paucis vocum compendiis et usitatissimis, notis margini latis-

simo a recentiore manu interdum adscriptis; undecim vero paginae pictae sunt et hae quidem: 1 b. 2 b. 11 a. 12 a. 78 a. 79 a. 123 a. 124 a. 188 a. 189 a et 190 a. Folia sunt 250., quorum 1 a. 77 a et 250 b vacua sunt scriptura. Continentur:

Quatuor Evangelia ex versione latine vulgata.

Titulus haec habet: *Quatuor in Dominum proceres solempmnia laudum pandunt matheus lucas marcusque iohannes: Maximus orator scripti veterisque relator Transtulit in stilum Geronimus omne latinum.* — Praemissi sunt canones Evangel. fol. 3 b - 7 a. Fol. 7 b. incipit argumentum in Evang. sec. Matth. et fol. 8—10 a. Breviar. sec. Matth. Fol. 11 b. incip.: *Incipit Evangelium secundum Mattheum* (haec argento picta sunt). *Liber generationis Jesu Christi filii Davidis* etc. Explic. *Eos qui scribendi sunt libros. Subsc. Finis deo gratias. Amen.* — Tum sequitur (fol. 237—250): *Capitulare Evangeliorum.* — De illo codice scripsit J. E. C. Schmidt, olim hujus Academiae clarissimum decus, cujus ipsa verba subjeci: *Man findet in manchen Handschriften* (der Evang.) *eine Abtheilung der Breven, die sich der gewöhnlichen Abtheilung der Kapitel sehr nähert u. nicht selten mit derselben coincidirt. So besitzt die Universitæts-Bibliothek zu Giessen eine lateinische Handschrift der vier Evangelien, die aus dem zwölften oder dreyzehnten Jahrh. herrührt, und eine solche Abtheilung der Breven enthält. Im Matthäischen Evangelium z. B. geht die erste Breve bis Kap. II. 18. nach der gewöhnlichen Abtheilung, aber die zweite schliesst mit dem Ende des dritten Kapitels, die dritte ist das vierte Kapitel, die vierte nimmt zu dem fünften Kapitel noch die vier ersten Verse des sechsten, die fünfte schliesst mit dem Ende des sechsten Kapitels wieder; die sechste fällt ganz mit dem siebenten Kapitel zusammen, die siebente und achte machen beyde unser achtes Kapitel aus; die achte beginnt mit Kap. VIII. 23 u. s. f. Noch grösser ist die Uibereinstimmung bei dem Evangelium des Johannes. Der Schluss der ersten Breve ist der Schluss des ersten Kapitels, die zweite läuft bis Kap. III. 21. Die dritte schliesst mit dem dritten Kapitel, die vierte ist das vierte Kapitel nur mit Ausschluss des letzten Verses, der hier schon zur fünften gezogen ist; die fünfte endet mit dem fünften Kapitel, die sechste gleichfalls mit dem sechsten, die siebente erstreckt sich dagegen bis Kap. VIII, 20 u. s. f. Beim Evangelium des Marcus zeigt sich die stärkste Abweichung. Die zweite Breve beginnt hier mit Kap. I, 29; die dritte mit Kap. II, 23; die vierte mit Kap. III, 31; die fünfte mit Kap. V, 21; die sechste mit Kap. VI, 30; die siebente mit Kap. VII, 24 u. s. f. Uiberhaupt hat Matthäus hier 28 — Marcus 13 — Lucas 21 — u. Johannes 14 Breven. V. Krit. Geschichte der neutest. Schriften. Giessen. 1804—1805. 8. B. II. p. 231—232.* — Nullum in hoc codice, cujus ligatura recentior est, vestigium invenire potui, unde ad nos pervenerit. Long. 9″ 8‴. Lat. 8″ 1‴.

DCLXI.

B. G. (8) 115. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., in fine mutilus, foll. 65., quorum 1 et 65 vacua sunt. Continentur:

Anonymi Annotationes in Evangelium Sancti Lucae.

Incip. *Evangelium Sancti Lucae. Cap. 1.* [Ἐπειδήπερ] *Rarius additur* etc. Explic. *(Cap. 5. v. 19) Herodian. I. 12. 16 ...*

DCLXII.

B. G. (3) 23. fol.

Codex membranaceus saec. XIII. nitidissime exaratus, litteris initialibus milto pictis, vocum compendiis usitatis, scholiis inter lineas et in margine adscriptis, ligatura antiqua ex corio albo facta, foll. 159., quorum ultimum aliena continet. Habetur autem in hoc codice:

Versio latina vulgata Epistolarum omnium Pauli et Epistolae ad Hebraeos.

Titulus non apparet. Incip. *Paulus servus iesu christi vocatus apostolus* etc. Explic. *Salutant vos de italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Descriptae sunt epistolae hoc ordine: Fol. 1—30 a. Ep. ad Rom. Fol. 30 a—77 a. ad Cor. I et II. Fol. 78. 96 b. ad Galath. Fol. 96 b. 103 a. ad Philip. Fol. 103 b. 110 a. ad Coloss. Fol. 110 a —118 a. ad Thessal. I et II. Fol. 118 a—131 a. ad Timoth. I et II. Fol. 131 a—134 a. ad Tit. 134 a. 135. ad Philem. Fol. 135 b—158. ad Hebr. — In anteriori libri operculo haec adscripta sunt: *Est Academiae Marpurgensis.* Long. 10″ 1‴. Lat. 6″ 3‴.

DCLXIII.

B. G. XV. 77. fol.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litteris initial. rubris, foll. 289., quorum 75 b. 265 b. 287 b et 288 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—265. *Epistolae D. Pauli. Textus latinus cum expositione Nicolai de Lyra.*

Incip. *Epistole pauli ad romanos* etc. Explic. (Ep. ad Hebr.) *In secula seculorum. Amen.* Fol. 68 b—75 adscripti sunt versus anemonectici per integrum codicem sacrum.

b. fol. 266—273. *Tractatus de septem vitiis capitalibus.*

Incip. (p. prol.): *Acturi igitur de VII. vitiis* etc. Explic. *Omnibus aliis.*

c. fol. 274—287 a. *Epistola S. Hieronymi ad Demetriadem de virginitate.*

Incip. *Si summo ingenio* etc. Explic. *Quo gloria eternitatis acquiritur.* — Fol. 1 a. possessor nomen suum adscripsit: *Hic liber est petri heylant de erbach.*

DCLXIV.

B. G. (8) 9a. 4.

Codex chartaceus a. 1688 ab auctore eleganter scriptus, foll. 138., quorum 2 et 3b vacua sunt scriptura. Inscriptio:

Codex chartaceus saec. XV., inscript. rubris, litt. initialibus caeruleis, foll. num. 121., quorum 1. 120b et 121 vacua sunt. Continetur:

Sancti Bonaventurae Amatorium.

Ita inscriptio. Incip. post prol.: *Incipit Amatorium. Ad te sermo meus dirigitur* etc. Explic. *Virtute durare permittat. Amen.*

DCCXXVI.

B. G. XVI. 104. 12.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litt. initial. rubris, foll. 327., quorum 317 – 327 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—113. *Sancti Bonaventurae Soliloquium.*

Incip. *Inc. Soliloquium S. Bonaventure quod intitulatur imago vite. Flecto genua mea ad patrem dominum meum* etc. Explic. *Cogitationes illicitas.*

b. fol. 114—298. *Tractatus de spiritualibus ascensionibus et descensionibus.*

Incip. *Beatus vir* etc. Explic. *Nunqaum declinaui.*

c. fol. 299—304. *De tranquillitate cordis per amorem et Dicta S. Augustini de virtutibus psalmorum.*

Incip. *In quo amore* etc. Explic. *Compunctorum gratiam infundat.*

d. fol. 304b—316b. *Scripta varia de clericis et religiosis.*

Incip. *Incipit Prophetia sancte Hildegardis de clericis. In lecto egretudinis* etc. Explic. *Est malus clericus.*

DCCXXVII.

B. G. XVI. 5. fol.

Codex chartaceus saec. XV., litt. initial. rubris, foll. 301., quorum 166b. 214b. 215. 260b et 299b—301 vacua sunt. Continentur:

Francisci de Abbate Sermones quadragesimales et Postillae super Evangelia Dominicalia.

Incip. *Erunt signa in sole* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.* — Cf. Sander, Bibl. Belgica Ms. p. 180. Fabricii Bibl. med. et inf. Lat. II. p. 580.

DCCXXVIII.

B. G. (3) 15 b. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, litteris initialibus rubris, crebris vocum compendiis, ligatura antiqua, foll. 294., quorum 1. 2. 182b et 292b—294 vacua sunt scriptura. Continetur:

Raynerii de Pisis Pantheologia abbreviata.

Inscriptio nulla. Incip. *Absolutio. Circa absolutionem notanda sunt* etc. Explic. *(Zelus). Zelus sit affectus amoris in corde etc.* Subsc. *Explicit excerptum pantheologie ex suma doctoris Rayneri ord. predicat. de pysis* etc. Tum sequitur index capitulorum hujus operis. Cf. J. Trithemii de script. ecclesiasticis.. pag. 215.

DCCXXIX.

B. G. XVI. 29. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 210., quorum 1. 209b et 210 vacua sunt. Insunt:

Alberti de Padua, Fratris Eremitarum, Postillae.

Incip. *Cum venerit filius hominis* etc. Explic. *A me preparatus. Joh. XIIII.* Cf. Fabricii Bibl. med. et inf. Lat. I. 124.

DCCXXX.

B. G. XV. 18. fol.

Codex chartaceus saec. XV. eleganter scriptus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, illis etiam in initio singularum quaestionum vario colore pictis, foll. 278. Continentur:

Jo. Duns Scoti Quaestiones in librum IV Sententiarum.

Incip. *Samaritanus ille* etc. Explic. *Qui sine fine vivit et regnat. Amen.* *Subsc. Explicit scriptum doctoris subtilis super quartum. Amen.* — Tum sequitur index contentorum.

DCCXXXI.

B. G. XV. 27. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initialibus rubris, foll. 289., quorum 116. 137b. 138. 276 et 289 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—115. *Jo. Duns Scoti Quaestiones quodlibeticae.*

Incip. *Quodlibet Scoti. Cuncte res difficiles* etc. Explic. *Ut dictum est 2. Ep. ad Rom.* *Subsc. Explicit quodl. doct. subtilis.* Tum sequitur index. Cf. Ed. Venet. 1474. fol.

b. fol. 117—137a. *Guilielmi de Occam Dialogus de confessionibus audiendis.*

Incip. *Datus in socium itineris* etc. Explic. *Et sic est finis.*

c. fol. 139—275. *Quaestiones Summae Sententiarum.*

Incip. *Circa prologum* etc. Explic. *Gloria in sec. sec. Amen.*

d. fol. 277—288. *Collecta quaedam de poenitentia, de conscientia, de correptione, de regno animae* (auct. Hugone de S. Victore) *et de regimine animae* (auct. S. Bonaventura).

Incip. *Nullus actus* etc. Explic. *Benedictus in secula. Amen.*

DCCXXXII.

B. G. XV. 20. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas scissus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 220., quorum 1 et 220 vacua sunt. Continentur:

Guilielmi de Occam Quaestiones in Libros Sententiarum II. III et IV.

Incip. *Circa secundum librum sententiarum* etc. Explic. *Argumenta principalia.* Tum sequitur tabula content. — Estat hoc opus typ. desc. L. B. 1495. fol.

DCCXXXIII.

B. G. XV. 19. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litt. initial. rubris, foll. 172., quorum 170b—172 vacua sunt. Continentur:

Guilielmi de Occam Quodlibeta VII. cum tractatu de Sacramento Altaris.

Incip. *Utrum possit probari* etc. Explic. *In sacramento altaris.* *Subsc. Et sic est finis. Explicit tr. glorios. de corpore Christi.* — Typ. descr. Arg. 1491. f. — Cf. Fabricii Bibl. med et inf. Lat. III. 465.

DCCXXXIV.

B. G. XV. 68. fol.

Codex chartaceus saec. XV., ab initio mutilus, in duas columnas scissus, litteris initialibus rubris, foll. 314., quorum 312b—314 vacua sunt. Continentur:

Quaestiones et distinctiones e scriptis Guilielmi de Occam.

Incip... *Dogmata clarissimi doctoris* etc. Explic. *In secula seculorum benedictus. Amen. Subsc. 1489. die ypoliti.*

DCCXXXV.

B. G. XV. 100. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litteris initial. rubris, foll. 288., quorum 1. 60b. 214—216. 260b. 264 et 288b vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—49a. *Henrici de Frimaria Praeceptorium.*

Incip. *Audi Israhel precepta* etc. Explic. *Filius benedictus.*

b. fol. 49b—60a. *Sermo ad Virgines.*

Incip. *Quomodo facta est* etc. Explic. *Studuerit collaudare.*

c. fol. 61—213. *Sermones super epistolas dominicales per totum annum.*

Incip. *Nunc enim propior est* etc. Explic. *Pacis eterne.*

d. fol. 217—260a. *Nicolai de Dinkelspuhl De poenitentia.*

Incip. *Ecce nunc tempus acceptabile* etc. Explic. *Sine fine vivit. Amen.*

e. fol. 265—288a. *Sermo de Passione Domini.*

Incip. *Agrediemini filie syon* etc. Explic. *Deum ut licet.*

DCCXXXVI.

B. G. XVI. 87. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litt. initial. rubris, foll. 191., quorum plura vacua sunt. Continentur:

a. fol. 6—58. *Henrici de Frimaria Praeceptorium.*

Incip. *Audi israel precepta* etc. Explic. *Ab omnibus suis creaturis.*

b. fol. 59—60a. *De labore clericorum.*

Incip. *Clericus victum suum* etc. Explic. *Viciose servies deo.*

c. fol. 61—100. *Varia. 1. A. Augustini Sermo de assumpt. Virg. Mariae. 2. Excerpta ex ejusd. Expos. sup. Psalter. 3. Speculum sacerdot. 4. Speculum salvationis humanae. 5. Tr. de praeparatione cordis.*

DCCXXXVII.

B. G. XVI. 7. fol.

Codex chartaceus a. 1451. scriptus, in duas columnas divisus, litteris initialibus rubris, foll. 312., quorum 308b—312 vacua sunt. Continentur:

Nicolai de Lyra Postilla super libros Mosis, Josue, Judicum, Ruth.

Ita inscriptio. Incip. *Hec omnia lib' vite* etc. Explic. *Sic dictum est. A. 1451.*

DCCXXXVIII.

B. G XV. 76. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas scissus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 287., quorum 1b. 14. 194b et 284b—287 vacua sunt. Titulus:

Nicolai de Lyra Postilla super Libros Regum. Paralipomenon. Esdrae primum. Nehemiae. Ester. Thobiae. Judith. Job. et Machabeorum.

Ita tit. Incip. *Per me reges regnant* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.* 1463.

DCCXXXIX.

B. G. XV. 71. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas scissus, inscriptionibus et litt. initialib. rubris, foll. 320., quorum 1. 319 et 320 vacua sunt. Continentur:

Nicolai de Lyra Postilla in Isaiam, Jeremiam, Threnorum, Baruch, Ezechiel, Daniel cum Historia Susannae et Belis et Draconis.

Ita inscriptio. Incip. *Incipit liber ysaye prophete prologus.* (Haec rubro picta sunt.) *Pro introductione hujus* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen. 1470.* — In priori libri operculo nomen possessoris inscriptum est: *Gabriel Byel.* Fol. 1 a.: *Liber Cap. eccl. S. Marci in Butzbach.*

DCCXL.

B. G. XV. 75. fol.

Codex chartaceus saec XV., in duas columnas divisus, litt. initial. rubris, foll. 280., quorum 1 b. 14. 131 b—234 et 280 vacua sunt. Continentur:

Nicolai de Lyra Postilla super Isaiam. Jeremiam. Threnorum. Baruch. Ezechielem.

Ita inscriptio. Incip. *Jherusalem euuangelistam dabo* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen. 1461.* Fuit hic liber olim in bibliotheca Gabr. Biel.

DCCXLI.

B. G. XV. 52. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initialibus rubris, foll. 155., quorum 1—3. 34 b. 79. 139 b—142. 154 b et 155 vacua sunt. Insunt:

a. fol. 1—139. *Nicolai de Lyra Glossa in Psalterium Davidis.*

Incip. *Propheta magnus surrexit* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen. Subsc. f. 136. Explicit Postilla sup. lib. Psalm. edita a fratre Nic. de Lira MCCCXXVI. Script. 1461.*

b. fol. 143—154. *Nicolai de Lyra Quaestio de probatione per litteras scriptas a Judaeis receptas, quod mysterium Christi praedictum a lege et prophetis sit impletum.*

Incip. *Queritur utrum* etc. Explic. *Utuntur. Amen. A. 1462.* — Ex bibl. Gabr. Biel.

DCCXLII.

B. G. XV. 73. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initialibus rubris, foll. 373., quorum 1. 2 et 371—373 vacua sunt. Continentur:

Nicolai de Lyra Postilla super Epistolas Pauli et Reliquum Novi Testamenti.

Ita inscriptio. Incip. *Epistola Pauli ad Romanos prohemium. Ecce descripsi* etc. Explic. *Cum omnibus vobis.* — *Subsc. Script. a. 1448 per Heylimund in Wyssenaue.* In priori libri operculo Gabr. Byel nomen suum adscripsit.

DCCXLIII.

B. G. XV. 70. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript et litt. initial. rubr., foll. 320., quorum 1 b et 320 vacua sunt. Continentur

Eadem illa quae in antecedente codice recensui. — *Subsc. 1464. Nicolaus Schadeck presbiter scripsit sua manu.*

DCCXLIV.

B. G. XV. 71. fol.

Codex chartaceus a. 1438. scriptus, in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 314, quorum 1 et 310—314 vacua sunt. Continentur:

Eadem illa quae in cod. DCCXLII recensita sunt. *Subsc. Finitus est iste liber per me fridericum de lihtenfels a. D. MCCCCXXXVIII.* Fol. 1. haec adscripta sunt: *Cap. Eccl. S. Marci in Butzbach.*

DCCXLV.

B. G. XV. 84. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas scissus, litteris initialibus rubris aut plane omissis, foll. 228., quorum 1. 77b et 228 vacua sunt. Continentur:

Nicolai de Lyra Postilla super Apocalypsin, super Cantica Canticorum et Psalterium.

Ita titulus. Incip. *Circa initium Apocalipsis* etc. Explic. *Deo concedente.*

DCCXLVI.

B. G. XV. 54. fol.

Codex charteceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 258., quorum 1b. 101. 102. 127. 257 et 258 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—100. *Enchiridion Sacerdotum seu Manipulus Curatorum Guidonis de Monte Rotherii.*

Incip. post prol.: *Reverendo in Christo patri ac Domino Raymundo* etc. Explic. *Secula seculorum. Amen.* Cf. Fabricii Bibl. m. et inf. Lat. III. 388.

b. fol. 103—126. *Nicolai de Dinckelspuhl De Poenitentia.*

Incip. *Ecce nunc tempus acceptabile* etc. Explic. *In secula seculorum.*

c. fol. 128—246. *Liber exemplorum de donis.*

Incip. (post introd.): *Septem sunt dona* etc. Explic. *Et recte Tullius* ... Finis deest.

d. fol. 247—256. *De absolutione ab excommunicatione.*

Incip. *Tibi dabo claves* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen. Sc. 1469.*

DCCXLVII.

B. G. XV. 22. fol.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initialibus rubris, foll. 183., quorum 1b. 2. 83a. 126b. 136b. 152b. 165b. 171b. 172b. 180b et 181 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 3—84. *Guilielmi de Monte Lauduno Sacramentale.*

Ita inscriptio. Incip. *Carissimo filio ac socio* etc. Explic. *Deo laus.* Cf. Fabricii Bibl. m. et inf. Lat. III. 461. Oudini Comment. III. 966 sqq.

b. fol. 85—110. *Arbor consanguinitatis.*

Incip. *Lectura arboris consang.* etc. Explic. *Ut precedens.*

c. fol. 111—126a. *Declarationes vocabulorum corporis juris canonici.*

Incip. *Incipit tabula de expositione* etc. Explic. *Declaro Gratianum.*

d. fol. 127—136a. *Casus excommunicationum.*

Incip. *Isti sunt casus* etc. Explic. *Qui dubibat reus est.*

e. fol. 137—152. *De sepulturis, de poenitentiis et de sententia excommunicationis.*

Incip. *Detestande*] *Huic statuto* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

f. fol. 153—180. *Varia.* 1. Reformatio Clerici Moguntini. 1422. 2. De audiendis missis in propria parochia. 3. Bulla Sixti P. R. de audiendibus confessionib. etc. (1478). 4. Bulla Eugenii P. R. (1437. 4 Kal. Octobr.) 5. Reformatio Domini Regis. German. (1442). — Ex bibliotheca Cap. eccl. S. Marci in Butzbach.

DCCXLVIII.

B. G. XV. 62. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litt. initial. rubris, foll. 262., quorum 1—3 et 260—262 vacua sunt. Continentur:

Bartholomaei de S. Concordio sive Pisani Summa de Casibus conscientiae.

Titulus non apparet. Incip. *Quoniam ut ait Gregorius* etc. Explic. *Sufficiat duxisse.* Tum sequitur index rerum. — Cf. Ebert, Allg. Bibl. Lexicon. v. Barth. de S. Concordio et N. de Ausmo. Fabricii Bibl. med. et inf. Lat. I. 473. — Fuit hic codex quondam in bibl. Cap. eccl. S. Marci in Butzbach.

DCCXLIX.

B. G. XV. 63. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litteris initial. rubris, foll. 250., quorum 1. 2 et 248b—250 vacua sunt. Continentur:

Eadem illa, quae in antecedente codice recensita sunt. *Subsc.: Est finis summe pysani. Consumatum est in civitate pysani per fratrem Bartholomeum de S. Concordio ord. fr. predicat. doct. decret. a. D. MCCCXXXVIII. IV die mens. Decemb. caet.*

DCCL.

B. G. XV. 64. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 310., quorum 309 b et 310 vacua sunt. Continentur:

Eadem, quae in cod. DCCXLVIII. recensui. Apographum codicis antecedentis, ut videtur.

DCCLI.

B. G. XVI. 60. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 305., quorum plura scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 2—80. *Notabilia Excerpta de Sermonibus Magistri Jacobi de Lausanna.*

Ita inscriptio. Incip. *Sic ut in die* etc. Explic. *Tam corpus quam anima.* Tum sequitur index. Cf. Fabricii Bibl. med. et inf. Lat. IV. 30.

b. fol. 84—305. *Sermones varii.*

Incip. *Ecce venit desideratus* etc. Explic. *Magnificatur deus.*

DCCLII.

B. G. Ms. XVI. 6. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litteris initialibus rubris, crebris vocum compendiis, foll. 358., quorum 1—4 et 354—358 vacua sunt. Continentur:

Jordani de Quedlinburg Postillae et Sermones. Pars hyemalis.

Ita inscriptio. Incip. *Jordanis ripas aluei* etc. Explic. *In nomine Domini. Amen.* Tum sequitur index. Extat typ. descript. Argent. 1483. f. Cf. Fabricii Bibl. med. et inf. Lat. IV. 518.

DCCLIII.

B. G. XVI. 40. 4.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litt. init. rubris, foll. 126., quorum 1b. 125b et 126 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—890. *Johannis Ruysbroek Ornatus spiritualis et Libellus de Perfectione Filiorum Dei.*

Incip. prol.: *Hic liber in theutonico ydiomate* etc. Incip. text.: *Ecce sponsus venit* etc. Explic. *Tuus et unus. Amen.* Cf. W. Cave, De script. eccl. Append. II. 66. — C. Saxii Onom. litt. II. 377 sqq. J. G. v. Engelhardt Richard v. S. Victor und Johannes Ruysbroek. Erl. 1838. 8.

b. fol. 89b—118a. *Johannis Gerson Tr. de Monte Contemplationis.*

Incip. *Mirari nonnulli fortasse* etc. Explic. *Relinquis discuciendi.*

c. fol. 118b—125a. *S. Bernardi Tr. de quatuor gradibus scalae claustralis.*

Incip. *Cum die quadam corporali* etc. Explic. *Auferatur a nobis.* Tum sequuntur haec typis descripta: 1. Divus Bernhardus in Symbolum Apostolorum, idem in Orationem dominicam, idem de Fide Christiana. Thomas Wolphius junior in Psalmum Benedicam. Argent. Ap. Jo. Knobloch. 1507. 4. — 2. Gabrielis Biel Epithoma exposicionis Canonis Misse. Tubingae. 1499. 4. — 3. Opusculum de sagis maleficis Martini Plantsch concionatoris Tubingensis. Phorce in aedib. Thome Anshelmi 1507. 4. — 4. Aurea Opuscula Petri Ravenãtis. .S. l. et a. 4.

DCCLIV.

B. G. XVI. 92. 4.

Codex chartaceus. saec. XV., inscriptionibus et litteris initial. rubris, foll. 140., quorum 137—140 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—108. *Johannes Ruysbroek, Von der Zierheit der geistlichen Braut.*

Inscriptio: *In dem namen des heren Hebet an das buch von der zirheit der geistlichen brulauft her Johans Ruesprug regulierer Canonick sent Augustinus Ordens im grunenwaldale bii Bruxel.* (Haec rubro picta sunt). Incip. *Ecce sponsus venit. Exite obviam ei. Sehent der brudgem kumt. Geet uss em entgegen* etc. Explic. *Da sie yn sint verloren.*

b. fol. 109—136. *Vom Leben im Stande der heiligen Kirche.*

Incip. *Der mensche de da leuen wilt yn dem vollkommenen stayte der hilgen kirchen* etc. Explic. *Der hilge geist. Amen.* Adsuta sunt haec typis descripta: 1. Joh. Gerson Von den geboten . von bichten . und bekentniss zu sterben. S. l. et a. 4. — 2. Von sant Martins leben. S. l. et a. 4. — 3. Die himelische funtgrube von Johann von Valtz. 1490. S. l. 4.

DCCLV.

B. G. XV. 7. fol. max.

Codex chartaceus saec. XV. a diversis scriptus, in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 148., quorum 94b—95 et 148 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—30. *Henrici de Hassia Sermones de IV festis b. Virginis Mariae.*

Incip. *Dixit Maria ad Angelum* etc. Explic. *Per omnia secula seculorum.*

b. fol. 30b—80. *Nicolai de Dinkelspuhl Sermones.*

Incip. *Sermo de sancto Johanne apostolo et evangelista* etc. Explic. *Benedictus. Amen. Deo gratias. Subsc.: A. 1449 in vigil. 3 regum.*

c. fol. 81—94a. *Johannis de Turre Cremata de Sacro Eucharistiae.*

Incip. *Quarundam religiosarum personarum* etc. Explic. *Felicitatis eterne. Amen. 1436.*

d. fol. 96—138. *Johannis Geuss Sermones integri.*

Incip. *Estote factores verbi* etc. Explic. *Vivit et regnat. Amen.*

e. fol. 139—147. *Nicolai de Lyra Disputatio contra quendam iudeum de adventu messye.*

Ita titulus opusculi. Incip. *Potens sit exhortatio* etc. Explic. *Mendacio terminavit.*

DCCLVI.

B. G. XVI. 27. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litt. init. rubris, foll. 168., quorum 1. 2b. 51. 52. 78b—80. 85b. 164b—168 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—78a. *Petri de Aliaco Tr. de Anima c. commento.*

Incip. *Veterum tradit autoritas* etc. Explic. *Alibi lacius* (!) *dicendum est. Amen.* Cf. Fabricii Bibl. m. et inf. Lat. V. 702. et Saxii Onom. litt. II. 388.

b. fol. 81—164a. *Abbreviatura Sententiarum.*

Ita inscriptio. Incip. post indicem fol. 86.: *In prologo queritur de tribus punctis* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

DCCLVII.

B. G. XV. 78. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litteris initialibus modo rubris modo vario colore distinctis, foll. 320., quorum 1. 102. 103 et 319b—320 vacua sunt. Continentur:

Johannis Herolt (Discipuli) Sermones de Tempore et Sanctis.

Incip. *Dominica in adventum. Sermo 1.* (Haec rubro picta sunt). *Ecce Rex tuus venit* etc. Explic. *Et confiteri. Et est finis hujus.*

DCCLVIII.

B. G. XV. 81. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litteris initial. rubris, foll. 316., quorum 121. 244. 304b et 316b vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—304a. *Johannis Herolt (Discipuli) Opera.* Insunt haec: *Sermones de Sanctis. Promptuarium descriptum ex variis libris. Promptuarium de miraculis b. Virginis Mariae. Kalendarium de Festis Sanctorum.*

Incip. *Laudate dominum* etc. Explic. *In cimiterio.* Tum sequitur tabula.

b. fol. 305—309. *Notata chronologica.*

Incip. *Anno domini 40 J. Mattheus* etc. Explic. *Wilhelmus de vte* (?) *dono.*

c. fol. 310—316. *Gottfridi Langen Historia Excidii et Ruinae Constantinopolitanae.*

Incip. *Cupis a me* etc. Explic. *Injurias ulciscatur.* — Exstat typ. descr., ni fallor.

DCCLIX.

B. G. XV. 92. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas scissus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 276. Continentur:

Johannis Herolt (Discipuli) Sermones varii argumenti.

Incip. *I. Ecce Rex tuus venit* etc. Explic. *Amicis meis supplicabo.*

DCCLX.

B. G. XV. 57. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litteris initial. rubris, foll. 165., quorum 1b—4 et 161—165 vacua sunt. Continentur:

Antonii Parmensis Sermones Dominicales per Circulum Anni et per Quadragesimam.

Incip. *Quum appropinquaret iherosolimis* etc. Explic. *Usque sexus. Amen.* Cf. J. Trithemii De script. ecclesiast. p. 298. Fabricii Bibl. med. et inf. Lat. I. 341. — Praemittitur liber typis descriptus: Fratris Guillerini Postille super epistolas dominicales. S. l. et a. fol.

DCCLXI.

B. G. XVI. 52. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 104., quorum 48. 54—56. 68. 84b—88 et 101—104 vacua sunt. Continentur:

Johannis Gerson Tractatus.

Incip. *Considerationes sequentis tractatuli* etc. Explic. *Nulli in contemptum.* — Insunt haec: 1. De celebrat. missar. et de pollution. noct. et diur. 2. De sacramentali absolutione. 3. Dubium cum solutione an sacerdos teneatur diligenter examinare conscientiam suam. 4. De discretione. 5. Ad elucitat. scholast. mysticae theologiae. 6. De impulsibus. 7. Apologeticon. 8. De duplici statu in eccl. dei curat. et privileg. 9. Contra pusilanimitatem animae. 10. Quaestio an male loqui de aliis sit permissum. — Fol. 24—47. contin. Matthei de Cracovia Tr. de puritate conscientiae. Hic illic tractatus Johannis Gerson typis descripti adsuta sunt.

DCCLXII.

B. G. XV. 46. fol.

Codex chartaceus saec. XV. eleganter scriptus, in duas columnas divisus, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis, foll. numerat. 384. Continentur:

Johannis Gerson Tractatus XL varii argumenti.

Incip. *Prohemium seu prologus in concordancias evangeliorum* etc. Explic. *Que talis erit nobilitas.* — Fol. 1 a. habet indicem singulorum tractatuum, qui hoc codice continentur.

DCCLXIII.

B. G. XVI. 58. 4.

Codex chartaceus saec. XV., inscriptionibus rubris, litt. init. modo caeruleo modo rubro pictis, foll. num. 251., quorum 216—221 et 251 scriptura vacant. Continentur:

Johannis Gerson Sermones Propositiones et Epistolae quaedam.

Incip. *Incipit sermo factus in die nativitatis domini. Verbum caro factum est* etc. Explic. *In orationibus tuis.* — Fol. 225—230. contin. Sermo beati Gregorii Nazianzeni de nativ. Dom.

DCCLXIV.

B. G. XV. 12. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas scissus, rubris inscript., litt. initial. modo caeruleis modo rubris, foll. 320., quorum 106b. 107. 293b—298 et 313b—320 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—106. *Johannis Gerson super Canticum B. Virg. Mariae.*

Incip. post prol. et indicem fol. 1a: *Abstinencia multiplex fuit* etc. Explic. *Domino iacente moriente. Explicit.*

b. fol. 108—238. *Jo. Gerson Tr. in Cantum Mariae Magnificat.*

Incip. *Collectorium super magnificat* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

c. fol. 239—244. *Jo. Gerson Carmen Josephinum.*

Incip. *Jacob autem genuit Joseph* etc. Explic. *Qui vocatur Christus. Amen.*

d. fol. 245—248. *Jo. Gerson De susceptione Christi tropologice anagogice et allegorice.*

Incip. *Veniendo in Christo* etc. Explic. *Colenda. Vale.*

e. fol. 248b—255. *Hugonis de S. Victore De perpetua virginitate Mariae.*

Incip. *Summo pontifici* etc. Explic. *Veritate sanctiatur. Finit liber.*

f. fol. 255—266. *S. Bernardi Homiliae super Evangelio: Missus est Angelus Gabriel* etc.

Incip. *Scribere mihi est* etc. Explic. *Opusculum destinavi.*

g. fol. 267—278. *S. Augustini Liber de sancta virginitate.*

Incip. *Librum de bono conjugali nuper* etc. Explic. *In secula. Amen.*

h. fol. 278—293. *S. Augustini De bono conjugali et de bono viduitatis.*

Incip. *Quoniam unusquisque* etc. Explic. *Copiosius disputavi.*

i. 299—303. *Origenis Homilia super Evang. Johannis: In principio erat verbum* etc.

Incip. *Vox spiritualis* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

k. fol. 303b—313a. *Hugonis de S. Victore De triplici Holocausto.*

Incip. *Holocausta medullata* etc. Explic. *Ignem accipiemus.*

DCCLXV.

B. G. XV. 8. fol. max.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, litt. initial. rubris vel plane omissis, foll. num. 314., praeter sex ab initio cum indice. Continentur:

Nicolai de Dinckelspuhl Sermones et Tractatus varii.

Incip. *Sequuntur Sermones de tempore ven. dom. Nicolai de dunckelspoel etc. Benedictus qui venit* etc. Explic. *Aut lac malum pro bono.* — Singula quae hoc codice continentur, haec sunt: 1. Sermones de tempore et quibusdam festivitatibus. fol. 1—109. — 2. Tr. de poenitentia et ejusdem partibus. fol. 110—129. — 3. Sermones de praeceptis decalogi. fol. 130—143. — 4. Sermones de oratione domin. fol. 144—194. — 5. Tr. de septem vitiis capital. fol. 195—223. — 6. Epilogus vitior. capital. fol. 224—231. — 7. Tr. de octo beatitudinibus. fol. 232—247. — 8. Sermones var. fol. 247b—302. — Fol.

303—304. haec addita sunt: *Guilielmi Parisiens. Tr. de indiscreto fervore et Johannis Gerson Quaestio notabilis de detractione.* In priori libri operculo haec adscripta sunt: *Gabriel Byhel de Spira. Liber capit. eccl. S. Marci in Butzbach.*

DCCLXVI.

B. G. XVI. 45. 4.

Codex chartaceus. saec XV., foll. 260., quorum 1. 2. 235—237 et 256b—260 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—234. *Nicolai de Dinckelspuhl Sermones et Tractatus varii.*

Incip. *Domin. 13. Sacerdos viso illo* etc. Explic. *Per omnia secula. Amen.*

b. fol. 238—256a. *Johannis Lemovicensis* (?) *Interpretatio moralis Somnii Pharaonis.*

Incip. *Victoriosissimo principi* etc. Explic. *Vox laudis. Amen. 1481.* Exstat hoc opusculum typis expressum in Fabricii Bibl. med. et inf. Lat. IV. 261 sqq.

DCCLXVII.

B. G. XVI. 82. 4.

Codex chartaceus saec. XV. eleganter exaratus, inscript. rubris, litteris initial. modo caeruleo modo rubro pictis, foll. 474., quorum 50. 85a. 86. 115b—117a. 162b—164. 329. 349—350a. 473 et 474 vacua sunt. Continentur:

Nicolai de Dinckelspuhl Sermones.

Incip. *Incipiunt sermones dom. nicolai de dunckspoel s. pagine prof. eximii de adventu dom.* (Haec rubro picta sunt) *Benedictus qui venit* etc. Explic. *Se salvari putavit. Et sic est finis.*

DCCLXVIII.

B. G. XVI. 42. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initial. rubris, foll. 262., quorum 1b. 62b. 112. 134—136. 170b—172. 182—184. 224b. 229—233. 344 et 263—266 vacua sunt. Insunt:

a. fol. 2—62a. *Nicolai de Dinckelspuhl Passio Christi.*

Incip. *Quum appropinquasset Jesu* etc. Explic. *In secula benedictus. Amen.*

b. fol. 63—74. *De horis canonicis dicendis quaestio.*

Incip. *Queritur utrum omnes* etc. Explic. *Fuissent exauditi.*

c. fol. 75—111. *De adventu Domini et de beata Maria.*

Incip. *Benedictus qui venit* etc. Explic. *De textu ysaie.*

d. fol. 113—262. *Miscellanea.* Insunt autem haec: 1. Collatio in exequiis alicujus defuncti. 2. Utrum defunctis possint prodesse suffragia. 3. Tabula super secundam secundae Thomae de Aquino. 4. Henrici de Hassia Tr. de instinctibus. 5. Sermones duo. 6. De celebratione missae. 7. Thomae de Aquino de articulis fidei, de humanitate et articuli de Sacramentis. 8. Hermanni Rosenberg Processus contra concubinatum, contra Judaeos, c. aliis. 9. Bulla anni Jubilaei. 10. Acta theologorum Heidelbergens. pro Capellano Koch de Giesen.

DCCLXIX.

B. G. XV. 86. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litteris initialibus rubris, foll. 321., quorum 1. 2. 320b et 321 vacua sunt. Continentur:

Simonis Succi Sermones de Tempore. Pars aestivalis.

Incip. *Qui ad vere predicationis verba se preparat* etc. Explic. *In media quadragesima.* Tum sequitur tabula contentorum.

DCCLXX.

B. G. XV. 87. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 308., quorum 1. 2. 271. 283 b et 308 b vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—270. *Simonis Succi Sermones de Tempore. Pars hyemalis.*

Incip. (post prol.) fol. 4: *Surge in adiutorium michi* etc. Explic. *In hoc festo.* Tum sequitur tabula.

b. fol. 273—283 a. *Passio Christi secundum Evangelium Johannis.*

Incip. *Egressus Jesus cum discipulis* etc. Explic. *Sero factum esset.*

c. fol. 284—308. *Sermo de Passione Domini.*

Incip. *Egressus Jesus cum undecim discipulis* etc. Explic. *Ingredi possit monumentum.*

DCCLXXI.

B. G. XV. 90. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas scissus, inscriptionibus rubris, litteris initial. modo caeruleis modo rubris, foll. 237., quorum 1. 2 a. 183 b—190. 197 b—202. 236 b et 237 a vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2 b—183. *Simonis Succi Sermones de Sanctis.*

Incip. *Venite post me* etc. Explic. *Et non supter.* Tum sequitur Henrici de Hassia Sermo de Sancta Elisabeth et index.

b. fol. 191—197 a. *Johannis Gerson Tr. de pollutione nocturna.*

Incip. *Dubitatum est aput* (!) *me* etc. Explic. *Est omnis homo.*

c. fol. 202—229 a. *Matthaei Episc. Wormatiensis Tr. de Sapientia Dei.*

Incip. *Reverendo in Christo* etc. Explic. *Tua recipe pietate.*

d. fol. 229 b—236 a. *Ejusdem, ut videtur, Tractatulus de arte moriendi.*

Ita inscriptio. Incip. (p. introd.): *Cum omnium terribilium* etc. Explic. *Mori discat. 1439.*

DCCLXXII.

B. G. XVI. 12. 4.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, litt. initialib. rubris, foll. 370., quorum multa vacua sunt. Continentur:

Gabrielis Biel Sermones de festis et de tempore.

Incip. *Bonus pastor amat* etc. Explic. *In secula benedictus. Amen. 1477.* — Cf. Brucker Hist. crit. phil. IV. 863 sq. Ex bibl. Cap. eccl. S. Marci in Butzbach.

DCCLXXIII.

B. G. XV. 67. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 309., quorum 305—309 vacua sunt. Continetur:

Gabrielis Biel Scriptum in Librum I Sententiarum Guilielmi de Occam.

Incip. *Circa prologum libri primi sententiarum* etc. Explic. *In secula seculorum benedicte. Amen.* — Tum sequuntur annotationes quaedam et index rerum.

DCCLXXIV.

B. G. XVI. 87. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 195. Continetur:

Conradi Pendel Historia Passionis Domini nostri Jesu Christi.

Incip. *Quasi effodientes thesaurum* etc. Explic. *Ingredi possit monimentum.*

DCCLXXV.

B. G. XV. 84. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas scissus, litteris initialibus modo rubris modo plane omissis, foll. 167., quorum 1 et 153b—155 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—150. *Manipulus Florum ex S. Patribus.*

Incip. *Ibat Ruth in agrum et colligebat* etc. Explic. *Hierosolymitanus patriarcha* (?). Tum sequitur index contentorum.

b. fol. 156—166. *Explicatio vocabulorum moralis.*

Ita inscriptio. Incip. *Oculis domini intelliguntur* etc. Explic. *Herbas virentes.*

DCCLXXVI.

B. S. Ms. 507. fol.

Codex membranaceus saec. XII., mutilus, rubris inscriptionibus, foll. 3. Insunt:

a. fol. 1. *Preces.*

Incip. *Que comparatione et merito* etc. Explic. *In uxoribus.*

b. fol. 2. *Fragmentum Legendae Sancti Laurentii.*

Incip. *Hominem pulcherrimum festina* etc. Explic. *Magica deludes tamen . .*

c. fol. 3. *Sermones super Evangel. Fragm.*

Incip. *Ita Christus ne ullum ei tempus esset sine miraculis* etc. Explic. *Sublimitatem fulgentem.* Long. 10'' 6'''. Lat. 7'' 8'''.

DCCLXXVII.

B. S. Ms. 126. 4. maj.

Codex membranaceus saec. XII et XIII. diversis manibus scriptus, in duas columnas divisus, lineis stilo ductis, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo milto modo caeruleo modo viridi colore pictis, ligatura antiqua, foll. 152., quorum 7b. 19b. 95a et 152b vacua sunt scriptura. Codex ab initio majoribus quam sub finem litteris scriptus est. Continentur:

a. fol. 1—7a. *Evangelium Secundum Johannem in die cene.*

Incip. *In illo tempore Ante diem festum pasche sciens Jesus quia venerit hora ejus* etc. Explic. *Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis.*

b. fol. 8—19a. *Legenda sti Udalrici.*

Incip. *Udalricus Christi confessor egregius* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

c. fol. 20—51. *De nativitate etc. Mariae, de infantia Salvatoris et de ejus passione.*

Incip. *Maria interpretationes quatuor* etc. Explic. *Virginem Mariam invoca*... (Hic folia plura deesse videntur).

d. fol. 52—61a. *Miracula beate Virginis Marie.*

Incip. *Maria virgo genitrix dei* etc. Explic. *Beate virgini usque in finem.*

e. fol. 61a—92. *Legendae Sanctorum (sti mathaei, stae catharine, sti oswaldi, sti maximiliani et sti lamberti).* Ita inscriptio.

f. fol. 92b—94. *Duae orationes.*

Incip. *Due in Deo sunt ingenite mansuetudines* etc. Explic. *Nos oriens ex alto.*

g. fol. 95b—96b. *De gratiarum actione.*

Incip. *Origo fontium omnium et fluminum* etc. Explic. *Gratie dominus deus noster.*

h. fol. 96b. *col. 2.—111. Evangelium Nicodemi.*

Incip. *(F)actum est in anno nonodecimo tyberii cesaris* etc. Explic. *Spirituali vita certissima. Amen.* — In fine preces lat. et germ.

i. fol. 112—120. *Legenda de X mil. martyr.*

Incip. *Salvatore nostro igitur christo* etc. Explic. *Milites et honorificat. Amen.*

k. fol. 121—135. *Visio Tundali.*

Incip. *Prologus Marci in visionem Tnugdali* (!) *militis* (Haec rubro picta sunt). *Venerabili etc.* Incip. textus: *Hybernia igitur insula est in ultimo occidentali* etc. Explic. *Cui est honor et gloria in sec. secul. Amen.* Cf. Antonini Flor. Chron. II. 224. Vincentius Bell. Sp. hist. XXVII. 88. Martène Thes. anecd. I. 490. Abeken, Beitr. p. 193. Lachmann in: Phil. hist. Abh. d. k. Akad. d. Wiss. zu Berl. 1836. p. 161 sqq.

l. fol. 136b—138. *Excusatio predictorum. De loco non valde bonorum. Excusatio illius quod dixit de rege Comarcho. Gregorius in dialogo lib. IIII. Versus in quibus tanguntur pene predicte.* — Hae sunt inscriptiones singulorum capitum appendicem, ut ita dicam, illius quod sub lit. k. recensitum est, continentium.

m. fol. 139—149b. *Tractatus de naturis animalium distinctus per XX libros.*

Ita titulus. Incipitur: *Liber primus. Sermo generalis. De quadrupedibus. Generaliter videndum est* etc. Explic. *(De vulture) Bello preda futura vulturibus.* — Fol. 139a. col. 2. haec litteris majoribus scripta sunt: *Hoc opus laboravit frater quidam de ordine predicatorum. XV. annis. extrahendo illud de naturis animalium. secutus auctores famosos aristotelem. plinum* (!) *. solinum. ambros. Magnum Basilium. ysidorum. augustin. Magn. Jacobum de viatico. qui et librum de quibusdam mirabilibus ultra marinis composuit. quem orientalem hystoriam appellavit. galyenum physiologum. adelinum* (!) *phylosophum.. libros etiam cujusdam judei phylosophi nomine chetel in descriptione lapidum est secutus.* — Habemus in codice nostro duos modo libros (de quadrup. et de avib.) hujus tractatus.

n. fol. 149b—152a. *De sancto Tholomano legenda.*

Incip. *(P)rinceps apostolorum petrus* etc. Explic. *Dominus in donis suis.* Haec scriptura seculi XIV vel XV. esse videtur. Tabula contentorum, quae fol. 152a. col. 2. sequitur, recentiore manu (saec. XV.) exarata est. — Senkenbergius in priori libri operculo haec adnotavit: *Codex ... scriptus satis eleganter seculo ut videtur partim XII. partim XIII. comparatus Viennae ex bibliotheca Archiepiscopali. 1758.* Long. 9'' 3'''. Lat. 6'' 7'''.

DCCLXXVIII.

B. S. Ms. 5. 12.

Codex membranaceus saec. XIV., inscriptionibus et litteris initialibus rubris, foll. 223., quorum 1 et 223 chartacea sunt. Scriptura vacant 1 et 217—223. Continentur:

Anonymi Contemplationes per modum Colloquii de Passione Domini et vera pietate. Germanice.

Ita titulus. Incip. *Id stunt eyn ... zu ein zyt na einer metten vur eime crucifix* etc. Explic. *Van der ewiger wysheit. Explicit. Bittet vor mich armen schriuer umb got.*

Finito libro sit laus christo. Amen. — Fol. 1 a. Senkenbergius haec adscripsit: *Eric Benzelius donaverat Schiltero.* Long. 4'' 4'''. Lat. 2'' 11'''.

DCCLXXIX.

B. G. XV. 1. fol. max.

Codex chartaceus saec. XV., in fine mutilus, in duas columnas divisus, litteris initialibus rubris, foll. 323., quorum 80b vacuum est. Continentur:

a. fol. 1—80 a. *Expositio priorum Capitum Geneseos.* Lat.

Incip. . . . *Creavit deus celum et terram. Ista scribuntur* etc. Explic. *Possunt ex permissu.*

b. fol. 81—252. *Commentarii in prima Geneseos capita.*

Incip. *In principio deus creavit celum et terram. Hoc verbum introducens S. Augustinus* etc. Explic. *Ista et similia.*

c. fol. 253—323. *Quaestiones theologicae variae.*

Titulus non apparet. Incip. *Taliter ergo et tantum dictum sit* etc. Explic. *Meo necessario ne . . .* — Fuit hic codex olim in bibl. Cap. Eccles. S. Marci Butisb.

DCCLXXX.

B. G. XV. 48. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litteris initialibus rubris, foll. 337., quorum 18b et 32—337 vacua sunt. Continentur:

Malogranati libri tres, de statu incipientium, proficientium et perfectorum.

Incip. (post tabulam) fol. 19: *Fili accedens ad servitutem Dei* etc. Explic. *Per infinita secula seculorum. Amen. Subsc. Explicit dyalogus dictus melogranatum compilatum a quodam venerabili abbate monasterii aule regie in Bohemia etc.*

DCCLXXXI.

B. G. XV. 44. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litteris initial. rubris, foll. 328., quorum 1 et 326b—328 vacua sunt. Continetur:

Summa virtutum.

Ita inscriptio rubro picta. Incip. prol.: *Presens opus habet quinque partes* etc. Incip. textus: *Cum circa utilia* etc. Explic. *Celestem hereditatem. Subsc. Explicit tr. virtutum.*

DCCLXXXII.

B. G. XV. 45. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 86., quorum 1b et 86 vacua sunt. Continetur:

Summa vitiorum.

Incip. *De vitiis in communi. Capitulum 1. Dicturi de singulis vitiis* etc. Explic. *Tacere vero nunquam. Subsc. Explicit suma viciorum per manus Andree tunc temporis existens diaconus.* Tum sequitur index capitulorum hujus libri, qui olim fuit in bibl. Cap. eccl. S. Marci Butisb.

DCCLXXXIII.

B. G. XV. 94. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, litt. initialibus rubris, foll. 281., quorum 281b vacuum est. Continetur:

Promptuarium autoritatum secundum ordinem alphabeti.

Ita inscriptio. Incip. (post tabulam) fol. 15.: *Ab omnibus gentibus* etc. Explic. *Et tamen unus. A. 1463.*

DCCLXXXIV.

B. S. Ms. 125. 4.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo milto modo atro pictis, foll. 183., quorum 171 b vacuum est. Continentur:

Diversi Tractatus.

Ita titulus. Singula vero haec sunt: 1. fol. 1—5. Stella clericorum. Incip. *Quasi stella matutina in medio nebule* etc. Explic. *Laude tua in eternum. Amen.* — 2. fol. 6—9 a. De septem impedimentis horar. canonic. — 3. fol. 9 b—14. De confessione. a. Modus confitendi optimus. b. Alius modus conf. c. Alia sacerdotis confessio. — 4. fol. 15—23. Orationes ante postque missam. — 5. fol. 23 b—24. Oratio St. Ambrosii de passione Domini. — 6. fol. 25—26. Sex Missae pro defunctis efficaces et Speculum mortis sive dieta salutis. — 7. fol. 27—41 a. Tractatus tres de morientibus. — 8. fol. 41—50. Admonitationes et orationes infirmis et agonizantibus utiles. Speculum infirmorum. Germanice. — 9. fol. 50 b—51. De quodam Episc. Magdeburg. — 10. fol. 52 b—53. De Udone Episc. Magdeb. — 11. fol. 53 b—54 a. De pluralitate beneficior. episcop. — 12. fol. 54—60. De conceptione Mariae Virg. — 13. fol. 61—73 a. Nova historia de conceptione Mariae Virg. — 14. fol. 73 b—97. Psalterium Mariae. Germanice. — 15. fol. 98—101. Unser liben Frawen Rosenkranz. — 16. fol. 101—109. Die prudeschafft von sant Ursulen schifflein (Fraternitas Naviculae S. Ursulae). — 17. fol. 109 b—113. Rosaria quaedam pulcra. — 18. fol. 113 b—135. Disputatio pulcra de conceptione Mariae Virginis. — 19. fol. 135 b—159. Albertus M. de sacramento Eucharistiae. — 20. fol. 160—166. Officium Immaculatae Conceptionis B. Mariae. — 21. fol. 166 b—167 a. Septem Missae pro defunctorum requie. Germanice. — 22. fol. 167—171 a. Orationes de Sancta Anna, de S. Erasmo et S. Kyliano. German. — 23. fol. 172—183. Duo Calendaria. — Tum sequuntur haec typis descripta: a. Dye grösse wundzaychen Vnser lyeben frawen dye do sen geschehen zu alten Öttingen. S. l. et a. 4. b. Passio Johannis Kannemann SS. Theol. Prof. ordin. minor. Nec non alius tractatus de Christi Passione. Una c. Legenda B. Katherine virginis. S. l. et a. 4. — Cf. Trithem. De script. eccles. Col. 1546. 4. pag. 329 et Fabricii Bibl. Med. et Inf. Lat. IV. 632.

DCCLXXXV.

B. S. Ms. 29. 8.

Codex membranaceus saec. XV. negligenter scriptus, crebris vocum compendiis, foll. 90. Continentur:

Tractatus et Sermones varii.

Incip. *Hic incipit tractatus de desertis.* (Haec rubro picta sunt). *Ductus est Jesus in desertum a spiritu* etc. Explic. *In pace celesti. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Amen. Explicit sermo bonus.* Long. 5″ 6‴. Lat. 4″ 1‴.

DCCLXXXVI.

B. G. XVI. 24. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litt. init. rubris, foll. numerat. 301., quorum plura vacua sunt. Continentur:

Miscellanea theologica.

Incip. *Tractatus de preparatione ad missam* etc. Explic. *In seculorum secula. Amen.* Contenta haec sunt: 1. S. Bonaventurae tr. de praeparat. ad missam. 2. Johannis de Turrecremata Meditationes. 3. Tr. S. Bernardi de planctu beatae Mariae. 4. Articuli passionis. 5. Orationis dominicae expositio. 6. Meditationes variae. 7. De confessione. 8. Henrici de Hassia Speculum animae. 9. Arbor virtutum et vitiorum. 10. Alphabetum noviciorum. 11. Sermones. 12. Ex tractatu Matthei de Cracovia de purit. conscientiae cum aliis excerptis.

DCCLXXXVII.

B. G. XVI. 61. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 250., quorum 171. 243—247 a et 250 vacua sunt. Continentur:

Collectanea Theologica.

Ita titulus. Incip. *Firmiter credimus* etc. Explic. *Super decem precepta.*

DCCLXXXVIII.

B. G. XVI. 71. 4.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litt. init. rubris, foll. 292., quorum 1 b. 78 b. 88—96. 146 b. 166 b—172 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—7. *Meditatio spiritualis.*

Incip. *Ecce descripsi eam* etc. Explic. *Benedictus. Deo Laus.*

b. fol. 13—29 a. *Tract. de arte bene moriendi.*

Incip. *Cum de pñtis exilii miseria* etc. Explic. *Peccatum est.* Sequuntur: *Versus de morte.*

c. fol. 29 b—40. *De arte bene vivendi.*

Incip. *In prescripto libello* etc. Explic. *Per Christum D. n. Amen.*

d. fol. 41—78 a. *S. Bonaventurae tr. de quatuor exercitiis.*

Incip. *Flecto genua mea* etc. Explic. *Benedictus in secula. Amen.*

e. fol. 79—87. *Praeparatio ad summendum corpus Christi.*

Incip. *Ad gloriam benedicte* etc. Explic. *Concedere dignetur.*

f. fol. 97—146 a. *Elucidarium quarnndam quaestionum.*

Incip. *Saepius rogatus e condiscipulis* etc. Explic. *Vite tue. Amen.*

e. fol. 148—166 a. *Devota Exhortatio ad Christianos.*

Incip. *Venite ad me laborantes* etc. Explic. *Difficilius est.*

h. fol. 172—292. *Matthei de Cracovia Expositio Passionis.*

Incip. *In feria quarta post festum palmarum* etc. Explic. *Perducat. Amen.*

DCCLXXXIX.

B. G. XVI. 62. 4.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litt. initial. rubris, foll. 110., quorum 1. 48 a. 52 b. 68. 75—78 et 108—110 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—36. *Stimulus Amoris.*

Incip. *Ad te leuaui animam* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

b. fol. 37—40. *Jacobi Carthusiensis De securiori via incedendi in hac vita.*

Incip. *Istis nostris infaustis diebus* etc. Explic. *Auctoris accusationes.*

c. fol. 41—109. *Horologium devotionis et modus meditationis dominicae Passionis.*

Incip. post prol.: *De modo et ordine procedendi* etc. Explic. *Ad resurrectionis glorias pervenire. Amen. 1474.*

DCCXC.

B. S. Ms. 236. fol.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XV. scriptus, litteris initialibus rubris, crebris vocum compendiis, foll. 197., quorum 1—5. 146—149. 170 b. 171—172. 196 b et 197 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 6—145. *Anonymi Tractatus de abstinentia.*

Incip. *Cap. 1. Duplex est abstinentia* etc. Explic. *(Cap. 131. De vita) Cap. de gloria.* Tunc sequitur index capitulorum hujus libri. In fine haec scripta sunt: *Finitus est liber per henricum de waltkirch studio. heydelbergen. etc.*

b. fol. 150—170 a. *Lectio doctoris Trutzebach super d. Jacobi loco: Confitemini etc.*

Incip. *Confitemini alterutroque peccata et orate per invicem* etc. Explic. *In conclusione secunda.* Sequuntur verba: *Scriptum per me H. de Waltkirch etc.*

c. fol. 173—184. *Collatio ad Synodum Spirensen Joannis Weydenberg.*

Incip. *Reddite que sunt cesari* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

d. fol. 185—196 a. *Excerpta ex lectione in canonicam epistolam doctoris Trutzebach.*

Incip. *In nomine patris et filii* etc. Explic. *Ex verbis Augustini.*

DCCXCI.

B. G. XV. 28. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 287., quorum 178 b. 251 b. 252 et 286 b—287 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—128. *Pars aestivalis Sermonum.*

Incip. *In die pasche sermo. Alleluia* etc. Explic. *Mane filius. 1435.* Sequitur tabula contentorum.

b. fol. 179—206. *Nicolai de Gawer Quaestio superstitionum.*

Incip. *Quoniam lumbi mei* etc. Explic. *Divine voluntatis. Amen.*

c. fol. 207—251 a. *Moralitates ordinatae secundum ordinem alphabeticum.*

Ita inscriptio. Incip. *Audiat mundus* etc. Explic. *Virtutum non habent.*

d. fol. 253—283 a. *S. Gregorii (?) Cordiale bonum.*

Incip. *Remotione novissima* etc. Explic. *A malis.*

e. fol. 283 b—286 a. *Sermo de septem diebus et Lectiones de visitatione beatae Virginis.*

Incip. *Nox precessit* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

DCCXCII.

B. G. XV. 21. fol.

Codex chartaceus saec. XV., cujus pars prior in duas columnas divisa est, inscription. et litteris initial. rubris, foll. 313., quorum plura vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—97. *Tractatus Universitatis Cracoviensis de Auctoritate Sacrorum Conciliorum.*

Incip. *Reverendissimo in Christo* etc. Explic. *A judicio.*

b. fol. 98—138. *S. Bernardini Tr. de inspirationibus et discretione spirituum.*

Incip. *Nolite omnibus* etc. Explic. *In secula seculorum.*

c. fol. 139—158. *Roberti Holcot Philobiblon.*

Incip. (post prol.): *Thesaurus desiderabilis sapiencie* etc. Explic. *Conspectum. Amen.*

d. fol. 159—169. *Henrici de Hassia Tr. de discretione spirituum.*

Incip. *Sicut in philosophia motus* etc. Explic. *Posse retineri.*

e. fol. 172—174. *De communicatione idiomatum.*

Incip. *Quia ut dicit* etc. Explic. *Familiaria magis. 1454.*

f. fol. 175—182. *S. Augustini Sermo de muliere forti.*

Incip. *Praestat nobis deus* etc. Explic. *Laudabunt te. Amen.*

g. fol. 184—192. *Anonymi Lectura super Tullium de memoria artificiali.*

Ita inscriptio. Incip. *Ad artem memorie* etc. Explic. *Ea quae tractata sunt.*

h. fol. 194—312. *Sermones et tractatus varii argumenti.*

Incip. *Sermo de assumptione virginis gloriosissime* etc. Explic. *Omnibus nobis. Amen.*

DCCXCIII.

B. G. XV. 79. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus singulorum tractatuum vario colore pictis, foll. 289., quorum 153—157. 214b—217. 257—267 et 289 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—152. *Expositio Canonis.*

Ita inscriptio. Incip. *Reverendi patres et Domini. Cogitanti mihi crebrius* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

b. fol. 158—214a. *Expositio Sequentiarum.* Ita titulus in priori libri operculo.

Incip. *Seneca in libro exemplorum ita ait* etc. Explic. *Et illius mundi.*

c. fol. 218—229. *Expositio Canonis poenitentiarii cum textu.*

Incip. *In novissimo die resurrecturus sum* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

DCCXCIV.

B. G. XV. 85. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litteris initialibus rubris, foll. 319., quorum 1. 2. 98b. 123. 206b. 208. 263b et 319 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 3—136. *Dicta salutis et themata epistolarum dominicalium c. tabula dictorum.*

Incip. *Hec est via ambulate in ea* etc. Explic. *Novissima providerent.*

b. fol. 137—155a. *Nicolai de Lyra Recensio contra quendam Judaeum nequiter arguentem ex verbis Evangelii.*

Incip. *Potens sit exhortatio* etc. Explic. *Mendacis terminavit.*

c. fol. 155b—318. *Sermones, Meditationes et Excerpta varia.*

